



**De controversiis religionis hoc seculo motis, adversaria
quaedam scripta : in quibus vtriusqu[ue] partis dißidentium
Argumenta, ad Scripturae divinae canonem explorantur, &
Iesuitis potiſſimum respondetur:**

<https://hdl.handle.net/1874/424658>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

BREKETT
Concord.
Regis.

E. oct.
686











Theologia

Octavo nº. 686.





DE
CONTROVERSIIS
RELIGIONIS HOC SE-
CVLO MOTIS, ADVERSARIA
quædam scripta:

*In quibus utriusq; partis dissidentium
Argumenta, ad Scripturæ diuinæ canonem
explorantur, & Iesuitis potissimum respondeatur: con-
scripta & edita*

A'

PETRO BEREXASIO, Varadinensis Ecclesiæ in Vngaria Ministro,

& à

MATTHIA THORACONYMO,
Patacinensis Gymnasij Rectore.

*Catalogum Scriptorum uersa mon-
strabit pagina.*

Ex Bem. Brugellii

BASILEAE,
ANNO DOMINI
M. D. LXXXVII.



INDEX SCRIP TORVM.

1. ORATIO Marci Patris Iesuitæ, habita in Sambariensi Synodo.
2. APOLOGIA pro Reformatis Ecclesijs, à Petro Berexasio, eidem Orationi opposita.
3. Matthiæ Thoraconymi Tractatus de VNIONE HYPOSTATICA duarum in Christo naturarum.
4. Eiusdem STRENÆ, Examinatoribus propositionum de Cœna Domini à Caspare Pilcio, Pastore Ecclesiæ Sarosiensis, editorū, propositæ.
5. Eiusdem DISCUSSIO, septem Paralogismorum pro afferenda orali, ipsiusmet natui corporis & sanguinis Christi, perceptione, confititorum.
6. Iesuitarum CARMEN, aduersus autores Iuliani Pseudocalendarij, Varadini impressi, Anno 1585. & defensio Calendarij Gregoriani, Claudiopoli in Transsylvania edita.
7. VENTILATIO Scripti illius, quod inscriptū est, Aduersus autores Iuliani Pseudocalendarij &c. Thoraconymo auctōre.
8. Eiusdem DEFENSIO VENTILATIO. NVM, aduersus Stephanum Aratorem, in qua multa de Iesuitarum ordinis institutione referruntur.
9. EPISTOLA ad Stephanum Aratorem, de novo Capite Ecclesiæ & de primatu Papæ.

**VIRO CLARISSIMO,
VIRTUTE ET DOCTRINA
PRAESTANTI, D. ABRAHAMO
Colbingero, Augustano, ami-
co suo S. P. D.**

IOHANNES JACOBVS GRYNAVS.



VPERIORIBVS men-
sibus, duo eruditi &
virtute præstantes Ia-
uenes, Iohannes Czana-
dius Vngarus, è Viteber-
gësi: & Demetrius Cra-
couius, Transsyluanus,

*ex Argentoratensi Academia, huc ad me
miserunt, de Religionis quibusdam contro-
uersijs Scripta quædam, doctissimorum ali-
quot virorum, tum ut ea legerem, tum ut
illa quæ nondum iuris publici facta erant,
typis excudenda curarem.*

*Vt autem illa intuens, Domino nostro
IESV CHRISTO, sedenti ad aterni
Patris dexteram, & Ecclesia suæ præclara
dona, Pastores, inquam, & doctores danti,
hosq; necessarijs Spiritus sancti præsidij in-*

a 2 struen-

PRÆFATI O.

struenti, gratias toto pectore egi, quod Ecclesijs Dei in Vngaria & Dacia clementer benedicit, eisq; tum alios quosdam virtute & doctrina præstantes patres Ecclesiarum & doctores dedit: tum etiam Petrum Bere-xasium Ecclesie Varadiensis Ministrum, & Matthiam Thoraconymum, ea Spiritus sancti gratia instruxit, ut tenaces fidelis illius sermonis qui ad doctrinam facit, possint etiam exhortari per doctrinam sanam, & contradicentes conuincere: Sic eundem assidue oro, ut nos omnes unum in seipso faciat: & ut Ecclesijs Sarmatiae, Transsylvaniae & Vngariae, quæ nostris in Domino coniunctæ sunt, ac Ecclesijs nostris, ubertim benedicat, & ab eorum nostrarumq; ceruicibus depellat omnium Antichristianorum dolos, vim, sauitiam & latrocinium.

Quum autem mihi præfundum esset in hæc Scripta, de nulla re alia verba mihi facienda esse duxi, quam de ea quæ utinam & mihi ipsi, & alijs, quibus pro veritate pugnanda est, semp cordi & summae curæ sit.

Religio Euangelica, qua diuinitus Ecclesia nostra illustrata sunt, nostra non est, sed
Dei

PRÆFATIÖ.

Dei ipsius, qui inenarrabili bonitate sua
motus, eam nobis patefecit, ac vult nos eam
amplecti & profiteri efficaci illa fide, labo-
riosa charitate & toleranti spe.

A` professione ergo doctrinæ Euangeli-
cæ, absit asperitas agrestis & incōcinnagra-
uisq; ab eiusdem verò defensione absit odiū
erga contradicentes, absit contumelia. Se-
iungi enim possunt illa diuersarum specie-
rum accidentia, dissentire & odiū. Etenim,
ut alicubi Melanchthon p. m. verè scripsit,
dissentire indicium est mentis, sed odium
flamma est voluntatis.

Vt autem omnium optime Euangelium,
Dei cooperarij & doceamus & defendam-
us, fide sincera, charitate ardēte, voce cla-
ra, vita inculpata, moribus elegantibus, in-
uicta patientia, & si ita velit Deus, mortis
sanguinisq; nostri martyrio: hæc, de quibus
ordinè breuiterq; agam, perpendenda erūt.

1. De Personis inter sese conferentibus,
hoc Theorema consideretur. Etiam atq; e-
tiam videndum, quo loco quisq; sit apud
Deum, non quo sit apud hominem quo cum
illi controuersia est.

PRÆFATI O.

Filius Dei eos, in quibus aliquid est veræ,
Dei noticiæ: & eos qui seipsoſ factis hōſtes
esse declarauerunt, nequaquam eodem loco
habet, Marc. 9. 39. 40. Matth. 12. 30. Ac in-
terdum è Saulo Paulum efficit, Act. 9.

Inſitamus ergo vēſtigij vniци nostri do-
ctoris, et exēplo eius edocti, infirmos, in qui-
bus aliquid Christi est, assumamus non ta-
men ad certamina diſputationum, quib. illi
non affueuerunt, Rom. 14. 1. Hāreticū autem
hominem poſt unam aut alteram admoni-
tionem reijciamus: ut qui ſciamus euersum
effe huiusmodi, & peccare, ut qui ſuopte iu-
dicio condemnatus fit, Tit. 3. 10. 11. Sed tamē
ne quem temerē hāreticū pronūciemus: ve-
rum eum tantū, qui inuincibili cū perui-
cacia, negat, I E S V M C H R I S T V M in
carnem venisse, 1. Ioan. 4. 3. Nec etiam teme-
rē quenquam ſchismaticum effe dicamus,
niſi quem adeo carnalē effe compererimus,
ut diſpertitū Christū fingat, ſectæ nomē a-
ſiſcat, ac dīxosarīas & ſcandalorum in Ec-
clēſia ſeu auclor ſeu approbator fit, 1. Cor. 1.
13. Rom. 16. 17.

Infirmos ergo erudiant pīj paſtores: hā-
reticos

PRÆFATI O.

reticos & schismaticos præcisè redarguūt,
& post unam & alteram admonitionem
reijciant, Tit. i. 13. & 3. 10.

Prius autem quām etiam pīj doctores &
pastores, in theatrum prodeant ad conuin-
cendos alios, in seipsoſ descendant, secum ip-
ſi habitent, & non hoc ſolum obſeruent,
Sintne dono dijudicandi Spiritus & dex-
trè differendi ſatis inſtruēti, nécne? Ipsiſ ne
hoc tempore ſurgendum ut dicant, an
verò alijs? Sed etiam, An ne & antea-
et & vita memoria, dicturo fidem vel col-
latura videatur, vel detractura? An
ne vocatio & tempus hoc officium alicui
imponant?

Sunt, qui feliciter vel doceant, vel exhor-
tentur: infeliciter autem differant. Sunt e-
contrā felices, quum eſt ſyllogiſticē diſpu-
tandum collatiſ rationibus & teſtimonijs:
minus autem felices, quum eſt erudienda
aut conſolatione erigenda Ecclesia. Agno-
ſcat quiſq; ſuum donum: agnoſcat & ſibi
quædam deeffe: nec ſit inſtar edentuli, qui
veſcentium dentibus inuidet.

Interdum præſtat alios, magis exer-

PRÆFATIO.

citatos surgere ad dicendum : quam nos,
qui seu minus exercitati , seu impræmedi-
tati accessemus . Tuttior sanè est audientis,
quam dicentis conditio: ut alicubi Auguſti
nus dixit.

Solicitè autem cauendum est ne male a-
cte & vita infamia, etiam vera dicenti fidem
abroget: eoq; nomine à teneris vita inno-
centiæ, sinceritati & simplicitati summè
ſtudendum: quia non de nihilo eſt, vulgo
quod dicitur: Mores persuadent, nō sermo.

Sunt, quibus vocatio & tempus & alia
circumstantiæ imponant necessitatem ex
tempore, &, ut videtur, præter aetatis ra-
tionem, dicendi, pro defensione Euangeli
& glorie Dei. His se erigant & consoletur
ſententia promissionis Christi: Sed quum
tradiderint vos, ne eſtote ſolicii quomodo
aut quid loquamini: dabitur enim vobis il
lo momento quod loquamini. Non enim
vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris
veſtri, is eſt qui loquitur in vobis, Matth.
10.19.20.

2. Iam & hoc Theorema conſideretur. Ni
ſi Religio ipſius Religionis cauſa, propugne-
tur,

P R A E F A T I O .

tur, mendosa erit, non quidem Religio, sed tamen eiusdem defensio.

Recte dicitur, non eodem loco habendos, tum eos, qui in Religione errant, sed Religionis opinione moti: hos enim cœnândæ, ferre equum est: tum eos, qui in Religione errant, sed non propter Religionem, sed propter quæstum, vanam gloriam, potentum gratiam: aut quia male caussæ patrociniūm semel suscepimus, deponere præpostera ipsiis religio est: nam hi improbi sunt, ac eorum ora obturanda sunt Dei Seruis.

Sed enim & istud verè dicitur, Eos, qui de Religione recte sentiunt, & eam voce & scriptis tuentur, seu propter Religionem id facere, ut Dei gloria, & Ecclesiæ adificatio- ni fideliter seruant: & hos fidos Christi testes esse: seu propter aliud, verbi gratia, gloriae caussa, aut ut rem faciat, id ipsum præstare: & hos Mercenarios esse.

Hoc igitur agamus vñvñws & summa cum fide, ut propter Religionē, caussam agamus Religionis: ac ut nauigātes ad Cynosurā identidem respiciunt, sic nos quoque ad Religionem veram, quæ, ut Deum Spiritu

PRÆFATIO.

*tu & veritate adoremus præcipit, defixis in
eam fidei oculis, respiciamus.*

3. De Quæstionibus, quarum aliæ neceſſarie et utiles sunt, aliæ nō necessarie & infrugiferæ, teneatur hic Canon Apostolicus: Stultas et ineruditas quæſtiones reſerve, ſciēſ eas gignere pugnas, 2. Tim. 2.23. Quorsum attinet querere, An' ne infideles Cœna Dominiſca abutentes, vefcantur Christi carne, & bibāt Christi ſanguinē, quum in eorum gratiā non fit instituta Cœna? quū nihil iſiſ neg̃ cū Christo, neg̃ cū fideliſ. fit commu- ne? quū deniq̃, Sacra menta fidei, ſolis fideli- libus Sacramēta ſint? Iam & illud querere quorsum tandem attinet, Corporis ne ore mā- duceatur Christi caro: quū mentis, non ven- tris negociū in Cœna myſtica agatur? quum ea que in os ingrediuntur, in ventrem de- ſcendere D.Iefus ipſe affirmet? Marc. 7.18. 19. quū deniq̃, negocium hoc fidei fit? Item: Quid edat mus arrodenſ panem confe- cratum: quū nihil habeat rationem Sacra- men- ti extra uſum diuinitūs iſtitutum?

4. Hic autem finis ſemper piæ menti pro- positus fit, Sapiētia cœleſtis cādido, veri- tas

P R A E F A T I O .

tas & charitas anteponenda sunt toti Mūdo. Iuxta diuinū oraculum: DILIGITE VERITATEM & PACEM, Zach. 8.19. Item: Vsq; ad mortem decerta pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te. Item: Αλιθούσα δὲ ἡγεμόνης. Sed veritatem se-ctantes cum charitate, prorsus adolesca-mus in eum qui est caput, nempe Christus, Eph. 4.15.

Sed unde tandem, dicet Mens pia, cæle-stis Sapientia Candidatum dignoscam? Ex effectis Sapientiæ, quæ tales efficit candida-tos suos, qualis ipsa est. Est autem ipsa pura, pacifica, moderata, tractabilis, plena misé-ricordiæ & fructuum bonorum, absq; diju-dicatione & sine simulatione, Iac. 3.17. Pla-cet enim eidē præceptū Apostolicum: Seruū autem Domini non oportet pugnare, sed pla-cidū esse erga omnes, aptū ad docendū, tole-rātem malos, cū lenitate erudiantē eos qui contrario animo sunt affecti, 2. Tim. 2.24.

De terrenæ autem, animalis & demo-niæ Sapientiæ, non fallentibus notis, di-citur: Quod si inuidiam amarā habetis, & irritationē in corde vestro, ne gloriamini,

¶

PRÆFATI O.

& ne mendaces estote aduersus veritatem.
Iac.3.14.

Theophrastus ait Agoranomos in urbe Attica, repetere solitos, hanc Legem: Εγώ τὸν ἀληθινόν. In foro abstinentia à mendacijs, à simulatione & dissimulatione. Sed nos rectissimè dicimus: Εγώ ἐν πλησίον τὸν ἀληθινόν. Id studiosè, constanter & sincerè tum maxime, quando veritas defendenda est, prestemus, & sanctam Christi Iesu causam agamus non sine puritate, scientia, lenitate, bonitate, Spiritu sancto, Charitate non simulata, sermone veritatis, virtute Dei, armis iusticiæ dextris & sinistris, per gloriam & ignominiam, per conuicia & laudes: ut seductores, & tamen veraces: ut Apostoli nostri verbis utar, quæ extant 2. Corinth.6.6.

Visum autem mihi fuit, Clarissime vir, etiam alienorum Scriptorum dedicatione, publicè profiteri, præstati & constantituæ erga me benevolentia, quam multis magnisq; beneficijs testatam fecisti, me plurimum, & quidem animo libenti, debere: & precari Dominum IESV M, ut tibi impo-
sterum

PRÆFATIO.

sterum quoq; det $\text{L} \text{S}$ $\text{D} \text{E} \text{K}$ $\text{O} \text{M} \text{O} \text{I} \text{A} \text{B} \text{L} \text{W} \text{A}$, Vera
constanter dicendo, & Beneficentia officia
ita declarando, ut tibi preluceat in $\text{C} \text{O} \text{N} \text{V} \text{I} \text{G} \text{A} \text{T} \text{I} \text{O} \text{N}$
 $\text{P} \text{R} \text{O} \text{F} \text{U} \text{N} \text{D} \text{A} \text{C} \text{I} \text{O} \text{N}$ $\text{A} \text{N} \text{D}$ $\text{C} \text{O} \text{N} \text{V} \text{I} \text{G} \text{A} \text{T} \text{I} \text{O} \text{N}$. Eo autem
nomine felix es, quod quum apud illustris-
simum & potentissimum, veraque Religionis
Studio & amore flagrantissimum Duce-
M I O H A N N E M C A S I M I R V M Dei gra-
tia, & Comitem Palatinum ad Rhenum, Ba-
nariaque Ducem, & Electoralis Palatinatus
Tutorem & Administratorem, ob ea dona
quibus te Deus instruxit, in vera magnaque
sua gratia, hac ueris publice quidem ad Dei
gloriam, ad Ecclesiae, Reipub. & Academiae
vestrae instaurationem: cui sanè mirabili-
ter benedixit Dominus: priuatim vero ad
pios homines iuuandos & ornandos: sic ut
Ebedmelecum Ieremia Prophet & amicum,
nobis representes. Experiris igitur & expe-
rieris post hac quoq; id quod vox diuina di-
xit: Honorantes me, honorabo: contempto-
res autem mei, lenes fient 1. Sam. 2. 30. Expe-
rieris etiam in medijs tuis curis & labori-
bus, & illud diuinum beneficium, de quo
Propheta Iesaias, ait: Dat defesso virtutem,

PRÆFATI O.

& defecto viribus robur copiosè suppeditat. Deftisecuntur quidem pueri & defatigatur: & Iuuenes prorsus impingunt: at expectantes Iehouā mutant vires, ascendunt pennis velut Aquilæ: currūt, neq; defatigantur, perguunt, neq; defatiscuntur, Isa. 40.29.

Benè vale, amicorum meorum lumen &
ornamentum: Basileæ, Calendis
Aprilis 1587.

APO-

APOLOGIA
PRO ECCLESIIS RE-
FORMATIS : ACTIS
IMPIIS SYNODI SABA-
riensis opposita,

AVTHORE
PETRO BEREXASIO, ECCL-
SIA VARADIENSIS MINISTRO.

PSAL. 62. V. 4.

Quousq; machinabimini peruersa contra uniuersa q;
Vniuersi uos conteremini, eritisq; tanquam paries in-
clinatus & maceria impulsa.

ILLVSTRBVS ET MAGNIFI-
CIS DOMINIS, D. ALEXANDRO
Kendi, Domino VVOLGANGO Couacciocio, & Do-
mino LADISLAO Somborio: Incliti Regni Transsyl-
uanie, siue ueteris Dacie, Præsidibus optimis & laudatis-
mis, dominis & patronis Ecclesiarum ex Dei uerbo Refor-
matarum benignissimis. Gratiam & pacem à Deo
Patre & Domino nostro I E S V
CHRISTO.

 MPEDOCLES Agrigētinus,
Illustres & Magnifici Domi-
ni, qui omnia, quæ in rerum
natura quovis pacto cohæ-
teant, ex lite & amicitia cōstare affirma-
uit,

E P I S T O L A

uit, non postremum in classe Philo-
phorū uetus tēporibus dignitatis ac
existimationis locum tenuit. Huius opī
nioni de primordijs rerum & cohāren-
tia (quam sanè opinionē Physicas scho-
las tractanti cuipiam redarguere haud
scio an perdifficile sit) sic non nulli faue-
runt, ut eam nō in natura modò, & sen-
su ac communi perceptione constantib.
rebus, uerum etiam in moribus locū ha-
bere dicerent. Non omissa tamen illa ex-
ceptione, quòd in natura & elementari-
bus rebus omnia, in moralibus autem
multa, ex his dissimilimis & à mutua cō-
junctione abhorreñtissimis quasi princi-
pijs, oriri uiderētur. Ac ne parū probabi-
liter dicere iudicarētur exempla redde-
bant quibus hoc ipsorum placitum ni-
teretur. Aiebant ex uitiorum & uirtutū
repugnantia & utrorumq; continenti-
bus inimicijs, optima quædā & ad ge-
neris humani incolumitatem tūm pro-
curandam tūm etiam tuendam necessa-
ria prouenire. Verbi gratia ex malis mo-
ribus oriri bonas Leges. Homines à na-
tura

N V N C V P A T O R I A.

tura benē informatos iniusticię turpitudine perspecta, iusticiæ, libidinis fœditate & noxis compertis temperantia, stulticiæ incommodis animaduersis, prudētiæ studere. Tum autem mendaciō odio & fuga multos euadere magis ueridicos. Nec pauciores dedecore ignauie & timiditatis secum reputato, ad iustā fortitudinem in omnib. aduersis præstandā solere excitari. Quibus ex omnibus salutem societatis humanę, diuturnitatē Rei pub. communē pacem, & omne bonorum genus, his rebus duabus, amicitia uitutis & odio uitiorum quasi inter se cōfligentibus plerumq; pro generari. Et sexcenta alia sunt generis eiusdem quæ in eam sententiam afferrī prolixius com memorando possint. At uero hanc ego disputatiunculam nec excutio in presen tia scrupulosius, nec etiam operose dictā iam sententiam refello. Præstat eam questionē (An uidelicet lis & amicitia ad bonos etiā mores producendos aliqd momenti habeant) eruditō uestro & limatissimo iudicio decidendam relinquere.

3 Illud

E P I S T O L A

Illud fateor mihi nequaquam placuisse ha-
ctenus, quod quidam ex Theologorum
numero Ecclesiæq; Doctorum, qui pre-
sertim res diuinæ & coelestes cū Philo-
phicis cōfundere & in unum chaos mi-
scere pro delectamento habuerunt, lon-
gius ab hac iam commemorata Ethico-
rum sententia progressi, eandem non ue-
ritati sunt ad Ecclesiam etiam & huius in
præsenti hac uita conditionem extende-
re. Dixerunt nec initio oriri Ecclesiam,
nec postea ortam atq; adultam per tot
secula durare potuisse, nisi lis & aduersa-
tio quæ inter Dei regnum & tenebra-
rum principatum fuit, ad amandum De-
um eiq; parendum stimulis quasi addi-
tis homines ad uitam æternam præor-
dinatos omnibus temporibus excitas-
set. Plurima sunt in hac opinione repre-
hendenda: quæ percensere non est insti-
tuti mei. Nec tamen huic paradoxo
Theologico addicti, testimonio sacra-
rum literarum penitus se destitutos atbi-
trantur. Negant enim absq; ratione di-
xisse Paulum: Oportet hæreses esse inter
uos

NUNCUPATORIA.

uos, 1. Cor. 11. 19. Quid magis contraria rationibus Ecclesie, quam hæreses? Et tamen harum aduentu hoc boni sperrandū esse Apostolus affirmat, quod qui probati sunt & Deo digni (ut sic cū Ignotio loquar) manifesti sint futuri, Deumque uerū ex ipsius uerbo agnatum ardentius complexuri. Sed hęc probatio, ex Paulo desumpta, quod cū bona sit ipsorum gratia dictum, non undiq; ad institutum sic disputatiū quadrare potest. Nemo quidē dubitat sanus, militantem hanc & permistam ut Augustinus uocat, Ecclesiam, dissidijs & litibus quæ persæpe in hæreses abeunt carere ex diuina dispositione non posse. Sed tamē quæ bona illis iusto iudicio immittendis fidelium cœtuī Dominus procurat, ex accidenti potius emergere, quam ex arcana horū uel aliorū physicorum principiorum, & uel consentanea inter se uel dissentanea affectione subnasci, luce solari clarius est. Ecq; enim non uidet cum quod naturæ ipsorum peculiare est exsequuntur lites, incredibile in modum nomini Christiano no-

E P I S T O L A

cere: Mittamus uetera exempla, nostri
dūntaxat tēporis statum, qui ob concer-
tationes atq; lites in religione ad extre-
mū misericarum deuenisse uidetur, cōsi-
deremus. Postea enim quām clariss. ue-
ritatis lux, ab actis Pontificij regni tene-
bris densissimis, piorū mētes illustrauit,
coorta mox sunt inter ipsorum Refor-
matorum affectatores pestilentissima &
maximē exitialia partium studia, quē cū
ā plurimis exasperarentur potius fodici-
ando quām compimerentur mitigan-
do, in apertas dimicationes, in pernicio-
sa odia, in optimorum virorum proscrip-
tiones & exilia, deniq; in bella calamiti-
tosissima, quibus integræ prouinciae fu-
nestarentur, eruperunt. Rapuit minimē
segnis hāc occasionem deuotus ille Dei
& hominū hostis spiritus, & mox, tam-
etsi paulò antē desperabundus & de-
fuga cogitans, redintegrare aciem per-
turbatam exercitus sui, duce Antichristo
Romano aduersus Christum eiusq; Ec-
clesiam cœpit. Conscriptis itaq; nouas
etiam nonnullas Monachorum legio-
nes,

N V N C V P A T O R I A.

nes, Iesuitarū uidelicet numerosa agmina, qui quidem Monachi Iesuitæ (sic à Iesu per summam blasphemiam ipsi à seip-sis appellati, cum Iscariotæ potius fuisse dicendi) homines hypocritæ:

*Introrsum turpes, spectosi pelle decora,
imperato actutum reliquis Monachis,
ueluti Seriphij quibusdam rationis si-
lentio, disputando atq; scribendo, & ui-
riliter satis in causa Papali tutanda sese
gerendo multorum animis imperitorū
hanc spem ingenerare nostro tempore
sunt uisi: fore ut aliquādo Papatus inter-
mortuus maximo totius Mundi applau-
su reuiuiscat. Hinc hodie etiam eorundē
Monachorum non solum blandissimæ
& ad assentandū captandumq; cōpositæ
orationes, quib. molles auriculæ gaudet,
nec solum magnifica promissa, que à Pō-
tificijs maximo hiatu excipiuntur, uerū
etiam fastuosí uultus incessusq;: tū autē
Stentorei clamores minæq; acerbæ &
gloriationes impudentissimè. Ut planè
nobis uetus os illos non iam Christi so-
cios & discipulos, sed Themistoclis lega-*

E P I S T O L A

tos Athenis ad Andrum missos repræsentare uideantur. Qui legati pecunias Andrijs imperaturi, ut in Vrania Herodotil legimus, duas Deas fortissimas & inuictissimas, quarum una Pitho: hoc est, Suadela: altera Anache: hoc est, Violentia seu Necessitas nominaretur, à se adductas esse per summam insolentiam dictitabant. Sic isti eam affectare uia uidentur, ut nos sic statuere cogant: *waθaváyklw* nescio quā Roma, & quidē ex intimo pectoris Pōtificij scrinio in Vngariā opera huius nouę societatis esse ap portatam. Mirum ni breui nos omnes si persuadendo minus possint, maiore etiā ui experiencing Romipetas efficere, sint conaturi (hoc enim barbaro nomine in suis Supplemētis appellant eos, qui religionis ergò Urbem peregrinātes accedunt) aut certè daturi operā, ut nōnullos pecunia quām cōsilio abundātores doctis dolis & facetis fabricis quibus delectantur, usi, emungant. Qui tamen si sua retinere uolent facile respōdere duas illas potentes Deas afferentib. poterunt,

ad

N V N C V P A T O R I A.

ad exemplum Andriorum, qui Suadelæ & Necessitati Atheniensium indigentib. diuis, sitas & ipsi duas inutiles Deas, Penian, & Amechania: hoc est, Paupertate & Desperationem in ipsorum insula cōmorantes opponebant: quod respōsum nō magis certe Andrijs quam nobis Vngaris tot cladibus attenuatis atq; exhaustis conuenit. Horum autem tam imperiosorum auditorumq; Monachorū doctrinam si excutiamus Illustres & Magnifici Domini, cōperiemus causæ suæ: hoc est, Papalis, quā defendendam suscepunt firmamētum, admodum lubrico & falso ab ipsis imponi fundamento: Traditionib. nimirūm, seu Verbo cui dā non scripto, sed ab ipsis conficto, quod admittere & sequi proxima est & brevissima ad omnes hæreses uia. Hinc profecti boni Monachi pestilētissimas quasq; doctrinas denuò obtrudunt Ecclesiæ iamdudum talium satietate ad nauseam usq; defessæ: & tamen hoc præter alia omnia urgent ut in tanta ueritatis Euangelicæ luce, ipsorum fascino & præ-

E P I S T O L A

stigij dementati Pontificem Romanū
cum suis idolis & creaturis cernui ado-
remus. Plura dicere de hoc pestifero ho-
minū genere hīc possem, qui nos nō de-
sinunt hæreticorum, Lutheranorū, Cal-
uinistarumq; probrosissimis uocabulis
perfidē traducere. Horū in Ecclesiam in-
gressum cui rei potius quibūsue perso-
nis debeamus, quām intestinis litibus &
satoribus harum, non intelligo. De qui-
bus deplorandi aliud tempus esse uide-
tur. En itaq; uobis Magnifici uiri Physi-
cā illam discordem cōcordiam, fœtibus
optimarum rerum producendis aptam
& moribus etiam moderandis multum
adiumenti afferentem. Solebat M. Cato
Plutarcho teste in eius uita, lites & dissi-
dia dedita opera inter seruos & familia-
res serere, cōcordiam eorundē pertime-
scens, & hoc uelut optimum exemplum
Oeconomicæ prudentiæ alijs etiā sub-
iiciebat. At nobis ut summa esset inter
Dei domesticos in diuinorum dogma-
tum & professione & defensione cōcor-
dia, optabile erat. Tum enim minus &
gloria-

gloriationum & insultationum à nouis
istis Monachulis audiremus. Verūm e-
nīmuerò, quid si Dominus qui iustus
est, & iudicia exercet rectissima, patitur
injici Ecclesiæ suæ zizania dissidiorum,
ut horum occasione quasi resumptis ani-
mis ruinosaм istam Babylonem Roma-
nam Pontificij alacrius defendant, quæ
in pœnam nostræ desidiæ ad finem usq;
Mundi, ut ad uigilantiam subinde exci-
temur, perdurare debeat? Consimili ra-
tione ut in Romanis historijs legimus,
P. Scipio Nasica rationem reperiendam
esse dicebat, quemadmodum Carthago
post debellatum Annibalem ne delere-
tur, sed ut stans & incolomis ciuibus Ro-
manis alioqui ocio & ignauia se traditur
ris, aut intestinis contentionibus labo-
raturis, terrorem perpetuum ostentaret.
Nec sanè nos inficiamur, Monachatum
istum nouum assidue nos uellicantem,
ut Pontificio regno incommodare ali-
quando nō leuiter, sic nobis plurimum
prodesse: ut uel ex Marco isto patre Sa-
bariensi lesuita, hoc Scripto breui, quod

E P I S T O L A

nunc uobis Illustres & Magnifici viri offendit
fertur, à me refutato, fit euidentis. Exagi-
tat ille primum uocationē nostrā, quod
non nisi puri Laici, ut loquitur, habendi
simus, utpote qui Chrisma, rasurā & or-
dinationem Papisticam non habeamus.
Hic nostrūm est adhibere curam, ut ali-
quam ex hoste utilitatem percipiamus:
faciendoq; assidue officio nostro perfic-
cere, ut nos ueros Dei operarios, legiti-
mē in messem ipsius emissos esse, ipsa
messis congestæ accumulatæq; copia &
ubertate, frendentibus ipsis, & nostram
uocationem frustrā allatrantibus, decla-
remus. Exagitat etiam coniugia nostra,
& fornicarios incestuososq; pios Eccle-
siæ ministros in matrimonio uiuētes uo-
cat. Repellatur hæc scelerata calumnia
castitate & pudicitia nostrorum coniu-
giorum, quod per facilem assequemur, si
& ipsi pietate ac honestis uitæ exemplis,
sociabus diuinitus nobis assignatis pre-
luebimus, proindeq; uigili cura elabo-
rabimus, ut illas Dei timentes & nō tam
monilibus quam morib; ut grauissi-
mæ

N V N C V P A T O R I A.

mē Fulgentius monet, ornatas efficiamus. Intereā turpissimæ aduersariorum coniugia damnantium libidines, in oculis totius Mundi sitę maxima cum libertate reprehendendæ sunt. Ad hanc uero breuis libelli editionem quod pertinet, Illustres & Magnifici Domini uolui illum in uestro nomine apparere: cùm & uos istiusmodi uocatione (qualis ab isto nefariè uituperatur) præditos Ecclesiæ ministros maximo in precio habeatis, publiceque in coetibus fidelium audiatis: nec à meo officio alienum & abhorrens esse videatur, gratæ erga uos mentis testificatione aliqua, ista occasione defungi: sub quorum præsidio patrocinioque plures iam annos pro uiriū modulo Ecclesiæ seruiens uiuo. Reperietis in hoc Scripto, quę ad uestrā etiā: hoc est, Prin- cipū uirorum dignitatē asserendam, contrā noui istius Monachatus obtrectatio- nes uirulentas pertineant. Si enim sic pergitur (ignoscite liberē quidem sed uerē scribenti) futurum est, ut iamiam ab istis plusquam Angelicæ sanctitatis Mona-

E P I S T O L A

Monachis in plebeiorum & eorum qui-
dem prophanorum hominum turbam
coniūciamini. Hoc ut Deus auertat, mo-
nachosq; istos pestilentes increpet, sup-
plex oro, deprecorq; ab eodem: primūm
quidem, ut Serenissimum Regem quā
diutissimē incolumem seruet, pergaq;
per manum ipsius uictorijs & fide præ-
stantem plurimos in annos tot regnis &
prouincij Christianis benefacere. Dein
de, ut Principem Illustrissimum cuius
pueritiæ eiusdem Dei prouidentia uos
nutrīcios addere dignata est, Spiritu suo
sancto iam nunc moderari & omnibus
benedictionis suæ muneribus ad senili-
tatem usq; prosequi & cumulare itidem
dignetur. Postremo, ut quam Deus pa-
cem rebus Transsyluanicis uestra Illu-
stres & Magnifici Domini, uigilantia,
consilioq; usus, ad sempiternam & in o-
mnem posteritatem duraturam guber-
nationis uestræ laudem, memoriamq;
gratissimam, concessit largitusq; est, ean-
dem propriam efficiat & diuturnam:
uosq; simul felices & beatos ad Ecclesię
&

N V N C V P A T O R I A.

& Reipublicæ emolumenta procuranda,& ad ornanda præclara ingenia,benignus tueatur.Datum Varadini 27.Martij Anno D. 1585.

*Illustribus Magnificen. vestris
Subiectiss. Cliens,*

Petrus Berexasius,Ecclesiæ
Varadiensis Minister.

L E C.

LECTORI BENE-
VOLO S.

PERS AEP E fit, ut homines tacendo lo-
qui, & non inficiando confiteri videā-
tur, quemadmodum inquit M.Tull. in
Oratione Sestiana. Congessit furiosus iste
Monachus Sabariēsis in Ecclesiarum ex Pa-
pismo reformatarum Pastores (quorum in
numero nostrum nomen profiteri mini-
mè erubescimus) tam tetra crimina, ut nisi
subscribere ipsi, & de ijs quæ obijciuntur, ta-
cere confiteri voluissemus, tacere ad tam a-
troces accusationes non potuerimus. Nulla
nobis ministrantibus vitam ac beatitudi-
nem eternam, nullum salutis præsidium spe-
randum esse: quod nos de Papisticis sacrifi-
culis turpisimis quamquam idololatris pro-
nunciare nunquam ausi sumus. Laicos esse
nos & idiotas, immò etiam laicos et propheta
nos Magistratus nostros: Prætereà nos qui
in matrimonio viuamus non legitimas con-
iuges, sed cōcubinas & scorta habere, & qui
ex illis, suscipiuntur, liberos, quos vna cum
honestissimis matribus in Dei timore insi-
tuimus educamusq; , & quibuscum Deum
nostrum domi, foris, publicè & priuatim in
omni-

AD LECTOREM.

omnibus illi gratias agētes celebramus, spu-
rios esse & ex fornicatione genitos: Hec ergo
& permulta cōsimilia per bilem Monacha-
lem nobis exprobrata, quis nisi Monachus
quissiam, aut perditæ frontis Iesuita, cum
silentio peraudienda iudicasset? Omitte i-
tag, admirari Lector equissime, si videbis
ad precipuas istius Monachi calumnias (ad
omnes enim infinitum esset) eodem stylo o-
rationis, & pari (ut aiunt) moneta à nobis
responderi. Ceterū an hodie Marcus iste
vivat certum non habeo. Huius quidem o-
rationem cum Actis Iauriensibus Praga ex-
cusam Nicolaus Germathius Ecclesiae Hel-
meciensis minister pereruditus triennium
ab hinc mihi legendam exhibuit: cui respon-
deri à nostrorum aliquo Nobilitatem Vnga-
rie superioris vehementer desiderare aie-
bat. Significabat etiam aulicum nescio quē,
hominem minimè malum hac Orat. lecta
Papistam abiecta religione nostra esse fa-
ctum, quod Monachum istum vera omnia
prædicare iudicauisset. Nec etiam illud igno-
rare debes cū Iesuitam istū toties Dalma-
tam appellauit nihil minus in animo mihi
fuisse,

A D L E C T O R E M.

fuisse, quām uniuersam gentem ignomi-
nia notare. Haberemus quidem quod in
Dalmatis iure desideraremus, quorum
permulti sufferendis Monachorum dede-
coribus mercenarias frontes locant, &
confessionem fidei sue quaestui habent. Sed
nulla est innocentissima natio, ut doctiss.
quidam medicus nuper scripsit. Mihi verò
quod aduersarium istum Dalmatē nomi-
ne perstrinxi, nihil equius aliquis suc-
censere potest, quām illi qui in Epistolis
scripsit: Dalmatis dij male faciant. Tu Ora-
tionem primum Iesuite, quam ut Apologia
præmitteremus (ne isti de suppressis boni
huius socij sui obiectionibus conqueri pos-
sent) David Sigemundus vir doctissimus et
Iesuitis minimè amicus nos submonuit, per-
lege, quo facto exactius de ijs que à
nobis respondentur, iudi-
cabis. V A L E.

O R A

I
ORATIO
MARCI P. IESVITÆ
SABARIENSIS.



I quis fortè ignarus ueteris cō-
suetudinis (Pr̄eful amplissime,
Reuerendi patres, auditoresq; optimi) si quis, inquā, ignarus
ueteris in Ecclesia moris, cele-
berrimi huius conuentus, & sacrosanctę Sy-
nodi, ex uarijs & longè dissitis prouincijs,
unum in locū collectæ, & frequentiā mire-
tur, & causam sciscite: Huic ego, alijs cō-
pluribus omissis, duas trésue maioris mo-
menti, huius cogendę Synodi causas, affer-
re non grauabor. Nam primò sanctissimis
priscorum patrum cōcilijs sancitum est, ut
certis temporibus, quisque Episcoporum,
suę diœcefis conuentum celebraret, uerbi
diuini præcones inspiceret, gregisq; domi-
ni pastores recognosceret, & accuratiū
institueret. Quod adeò hac turbulentissi- 1.
ma priscæ fidei, religionis uitæ, & catho-
licæ Ecclesiæ, in uniuersa Pannonia uasti-
tate, necessarium factuerat, ut sine ingenti
animarum iactura, hic Venerabilium uiro-
rum senatus, nulla ratione pr̄termitti pos-
se uideretur, maximè cùm pro ouili matris

A Eccle-

2 ORATIO M. PATRIS

2. Ecclesiæ propugnatores , rari, ineruditæ,
torpescentes sint : contra uero eam tot
immanissimorum luporum acies , fune-
stissimique dæmonis copiæ , innumeræ
propè hæreses , tela contorqueant , & i-
psam solo æquare , summa ui connitan-
tur : quin eò miseriæ res prolapsa est , dum
eiusmodi salutares Synodi à Pontificibus
haberi desierunt , ut plerique pastorum ,
pastoralem mansuetudinem exuentes , ra-
3. pacium luporum immanitatem , & fe-
ritatem re ipsa induerint : quò factum est ,
ut perdita illa ouicula , I E S V C H R I S T I
seruatoris nostri humeris , ouili pristino
reddita , & agni illi , curæ principis Aposto-
lorum Petri commendati , non iam à fero-
cibus bestijs , sed ab ipsis , qui pastores ui-
debantur , propè discepti sint , & deleti . Et
hoc quidem eò factum est , quòd à legitimi
sui præsidis , & pontificis obediētia te sub-
duxerunt . Ut enim membra necesse est lan-
guere , ac emori , nisi à capite , sensuum offi-
cina , uitalem suum motum , sensumq; deri-
uent : sic nisi pecoris dominici custodes , ab
4. Episcopis , suis uiuis capitibus , uigorem
hauserint , & rectè pascendi gregis artem di-
cicerint , seipso primū , greges deinde
Domini cūctos , ueri uiuiq; pabuli inopia:
id est ,

Id est, uerbi diuini fame, interimant necesse
est: Quò magis uos, in Christo patres ob-
seruandissimi, laudádi mihi uidemini, qui 5.
uocem Superioris uestri non, ut complu-
res faciūt, aure surda præteriſtis, sed post-
habit is priuatis negotijs, rebusq; domesti-
cis, præſuli uestro morem promptissimè
gerendum esse censuistis. Visum est igitur,
operæ premium me facturum, si hoc tam fre- 6.
quenti eruditorum virorum confessu, quā
breuiſſimè dicerem, primò, quis uerus fa-
cerdos, & Sacro ſanctæ Eucharistiæ mini-
ſter cendendus fit: deinde, qua morum in-
tegritate & innocentia, qui tantum myſte-
rium conficit, ſacerdotem eſſe oporteat.
Peto ergo à uobis, auditores ornatissimi,
ut me hiſce de rebus dicentem, attente, bo-
naq; cum uenia audiatis. Hoc igitur, quod
demonstrandum & explicandum fuſcep-
imus, nimirum, quis tandem uerus facer-
dos, & ſacrificij nouæ legis administer, cen-
ſeri debeat, nullo pacto dubitetis, auditio-
res optimi, tanti eſſe momenti & ponde-
ris, ut eius ſoli uir, aduersariorum no-
ſtrorum errores & ſectas, funditus euer-
ti necesse fit. Nam ſi conſtituerit ſectari- 7.
os minimè habere ueros & proprios Sa-
cramentorum ministros, cui dubium erit,

4 ORATIO M. PATRIS

nec uera Sacra menta, nec ullū salutis præ-
8. fidium apud illos inueniri? Ac primū qui-
dem, nemo Sacramenti ullius minister, aut
uerbi diuini prædicator, uel pastor Eccle-
siæ esse potest, nisi prius legitimè uocetur,
9. & mittatur. Hoc, nisi diuinis testimo-
nijs planum fecero, non credatis. Vas ele-
ctionis diuus Paulus ad Rom. 10. Quomo-
do (inquit) prædicabunt, nisi mittantur? si-
c ut scriptum est: quām speciosi pedes euau-
gelizantium. Quo loco hoc aduerendum,
Apostolum totam fidem ad uocationem
reducere, ut quemadmodum captum pe-
dibus impossibile fuerit ambulare, sic nec
uerbum Dei fructuosè quenquam dissemi-
nare, absque debita missione. Hæc enim
missio, quasi pedes quibus procurrunt e-
uangelizantes, appellatur: Ad Hebreos ue-
rò 5. sic: Nec quisquam sumit sibi honorem,
sed qui uocatur à Dño, tanquā Aaron. Rur-
sus 1. ad Corinth. 4. pastores Ecclesiarum
dicuntur ministri, & dispensatores myste-
riorum D e i: quis uerò iure dispensare, &
administrare poterit bona domini sui, nisi
ab eo accepta facultate? quis alienos the-
sauros, pro suo arbitratu & inuito domi-
no, fine scelere erogare tentabit? Sanctus
porrò Hieremias uatū clarissimus, in per-
sona

IBSVITÆ SABARIEN.

5

sona domini 14. cap. falsò (inquit) uaticinatur Prophetę in nomine meo, non misi eos nec locutus sum ad eos, uisionem mendacem & seductionem cordis prophetant uobis. Cur, ô D O M I N E, uisionem mendacem prophetant? quia inquir, non misi eos: nam 23. cap. Non mittebam (ait Dominus ad Prophetas) & ipsi currebat, nō loquebar ad eos, & ipsi prophetabat. Veniet ad uos, dicitur Matt. 7. Quid hoc est, uenient ad uos? sua nimirum authoritate: nos poma natam, mihi Spiritus suggessit, sic uolo, sic iubeo: quod genus Euangelistis, ipse met D O M I N U S (Ioannis 1.) huiusmodi præbet cōgiarium: Omnes quotquot uenerunt, fures sunt, & latrones. Quid hoc? quotquot uenerunt, fures sunt & latrones? mihi res nō liquet, explica oro nobis Sancte Augustine doctorum celeberrime, quid nam hoc sit? Omnes (inquit diuus Augustinus tractatu 45. super Ioan.) quotquot uenerunt: id est, non misi, hoc est, quotquot iniussi arrogant sibi Sacramenti conficiendi potestatem, quotquot suo impetu Euangeliū predicant, non mea, sed D O M I N I uoce, fures sunt & latrones. Cui sententiae (licet contra se) tamen Lutherus etiam subscribit: super Psalmum 82. lictoribus dandum afferit,

A 3 qui

¶ O R A T I O M. P A T R I S

qui uocationem suam sufficienter nō posset comprobare. Quam obrem cūm nullius euangelizatio, nec cura pastoralis, aut sacerdotium ratum esse debeat, nisi & uocetur, & etiam mittatur, ut sacra Biblia testantur: relinquitur nunc ut doceamus, nullum ex nouis istis sectarum authoribus diuinitus unquam aut uocatum aut missum

10. fuisse. Dico igitur Lutherum, Caluinum, Bezan, & quotquot nefandissimi hæresiar chæ nostro seculo grassati sunt, aut etiamnum grassantur, ad res diuinas exercendas, nunquam ritè uocatos missos sue fuisse. Vnde tibi hoc constat? dicit forsan aliquis: iam planissimè ostendo, quæso animū aduertite auditores: Si Lutherus, Caluinus, & aliæ profligantissimæ pestes Hungariæ diuinitus uocati & emissi ad prædicandum sunt, eam uocationem aut immediatè ab ipso D e o factam esse oportet, qualis fuit Mosis, Prophetarum & Apostolorum, qui immediate à D e o & C H R I-

11. s t o uocati fuere: aut ea uocatio erat mediata, hoc est, per homines missos, & uocatos à D e o ad tale officium, quæ uocatio dicitur ordinaria: quæ ambæ uocationes ex ad Galatas petitæ sunt. Paulus Apostolus (inquit) non ab hominibus, neque

IESVITÆ SABARIEN. 7

que per hominem, sed per IESVM CHRIS-
TVM & D E V M. Atqui neutro planè mo- 12.
do, id est, nec mediátè, nec immediatè, isti
hæresum duces uocati sunt: non priori mo-
do, id est, non immediatè à solo DEO: nam 13.
qui per se ab ipsomet DEO uocátur & mit-
tuntur, eos suam uocationem euidenti, &
diuino signo, & operibus miraculosis con-
firmare necesse est. Sic Exodi 4. Moy-
ses, cùm mittenti se D E O , difficultatem
Iudeorum in credendo allegasset: Non
credent (inquit) mihi, sed dicent, non ap-
paruit tibi D O M I N V S . Si non audierint
(inquit Dominus) sermonem signi prio-
ris, credent uerbo signi sequentis. Paria-
tione Helias ostendit se esse missum à D E O
per miraculum: similiter omnes Prophe-
tæ , suam uocationem signis & porten-
tis comprobabant. Quid? C H R I S T V S
ipse mittens Apostolos suos, nónne po-
testatem eis stupenda opera edendi simul
contulit? nónne profecti illi in orbem
uniuersum docebant, Domino cooperan-
te, & sermonem confirmante sequentibus
signis? At obijciat forsitan aliquis: Quor-
sum sunt signa? nihil opus est miracu-
lis , uerbum D E I planum est: maximè
uerò opus est miraculis, si uis me non du-

8 ORATIO M. PATRIS

bitare te diuinitus ab ipso Deus vocatum
& missum esse. Vocationem enim hanc, no-

14. rae haec necessariò consequuntur: primò, ut
& illi qui mittitur, sit nota, & ijs, ad quos
mittitur. Si enim ille, qui missus est, non sic
certus de sua uocatione, anticipi semper a-
nimo distractus haerebit: & si ijs, ad quos
missus est, dubia & incerta existit eius mis-
sio, meritò ambigunt, num ab eis sit audiē-
dus: cum Deus non operetur, nec iuuet
quenquam, nisi eius unius opera, quilegi-
timè missus fuerit. Dicis ergo, o Luthera-
ne, & tu Calvinista, te à Deo immmediatè
missum? id uero ego pernego: proba igitur,
si fidē tibi adhiberi uis, ede miracula, pro-
fer signa & prodigia. Non possum (inquit)
miracula edere: nec ego igitur ullo pacto
tibi fidem habere. Hoc enim pacto Domi-

15. nus Iesus apud Ioannem 15. (Iudeos cri-
mine purgat) Si (inquit) opera non fecissem
in eis, quę nemo alias fecit, peccatum non
haberent. Perpende tādem o Martine, uim
horum uerborum: Christus ipse, nisi
miraculis suam doctrinam stabilisser, ad
credēdum sibi neminem obligabat: & uos
impia uestra, & importuna dogmata, nul-
lo edito signo, aut miraculo, uultis à nobis
credi, & pro diuinis recipi? quæ ista tanta
temeri-

temeritas? adeóne uobisipsis placetis? tan-
tumne uobis arrogatis? O' infana capita, 16.
O funera Reipub. Christianę: agite, respon-
dete, si potestis: quis est regum aut princi- 17.
pum huius seculi, qui legatos suos ad ex-
teras gentes, absque euidenti suæ missio-
nis testimonio sigilloq; proprio mittat? &
nisi sic missi sint, præterquam quòd eis ne-
mo fidē habet, nónne impunè & ludibrijs
& uinculis onerantur? Quòd si res huma-
nas, nisi accedente solida probatione, cre-
dere nemo cogitur: uos uultis, ne cane 18.
quidem claudio à uobis unquam sanato, ul-
trò ut credamus D E V M uobis locutū: uos
ab ipso in consilium cœleste uocatos: uo-
bis in re omnium grauiissima, animas no-
stras & corpora, nescio quo deportanda il-
licò committamus? Esto hæretice stulta-
rum, plena sint omnia, & infinitus nume-
rus: ne tamen hic etiam beneuolus uestri 19.
noui Euangelij, te auditores naçtum exi-
stimes, nobis hoc persuadere non poteris.
Præterea si isti hæretici, ab ipsomet Domi-
no sunt uocati, cur non gloriantur hac mis-
sione? Consueuerunt enim sancti Prophe- 20.
tæ sæpenumerò in commendationem sui
uti: Hæc dicit D O M I N U S: item apertè de-
signant locum & modum, quo uisus est eis

10 ORATIO M. PATRIS

- Deus, & quid dixerit. Quia porrò animi ad
Iacritate Doctor gentium testatur suam uo
cationem? Notum (inquit ad Galatas) fa
cio uobis fratres Euangelium, quod euan
gelizatum est à me, quia non est secundum
hominē, neq; enim ego ab homine accepi
illud, neque didici, sed per reuelationem
21. IESU CHRISTI. Caluinus uero nihil tale de
sua uocatione sensit, imò contrarium do
cet lib. 4. cap. 3. instit. sect. 10. 11. 14. Ethe
22. rus quoque argumentis Anabaptistarum
coactus, fatetur Epistola de angularibus
concionatoribus, te non immediatè à Deo
23. uocatum. At occurruunt nobis hic Caluini
stæ. Beatus Ioannes Baptista, inquiunt, im
mediatè fuit à Deo uocatus, & tamen te
ste Scriptura, signum fecit nullum: non i
gitur necesse est eū, qui immediatè à Deo
mittitur, miraculis fulgere. Egregia uero
Caluinistarum modestia, ne dicam peru
lantia, diuo Ioanni Baptista se compara
24. re. Sed uideant isti, longè maximum inter
diuum Ioannem Baptistam, & nouitios i
stos Doctores esse discrimen. Ioannes (in
quiunt) Baptista signum nullum fecit: esto,
25. quid tum? ideone tuę adulterinæ irruptio
ni patrocinatur? o tenebricosum homi
num genus: nōnne uides diuum Ioannem
suam

suam uocationem & missionem, expressæ
Scripturæ testimonio probasse? nónne
de ipso clarissimè Esaias Propheta iam o-
lim uaticinatus erat? Hic est(ait etiam Do-
minus) de quo scriptum est: Ecce ego mit-
to, &c. Item: Ego uox clamantis in deser-
to. Adducant nobis etiam aduersarij pro- 26.
phetiam de sua missione, círent pro se, si
possunt, Scripturas, euoluant sacros codi-
ces, inueniēt certè diuersam quidem à pre-
conio diui Ioannis, sed tamen uerissimam 27.
sui aduentus prophetiam, 2. Timoth. 3. In
nouissimis (inquit) temporibus, discedent
multi à fide, quèd uenturi sunt illusores in
deceptionem. Iam uero cùm non tantum
immediatè à D e o, sed etiam ordinaria uo- 28.
catione sanctus Ioannes fuerit à D e o uo-
catus, nec quicquam fidei repugnans do- 29.
cuerit, miraculis non ita egere uidebatur:
filius enim Pontificis erat, & in ueteri Te-
stamento, ordinaria uocatio ex successio-
ne Aaronica dependebat. Quid hic isti de
se simile dicere possunt? qui & uocatio-
nem ordinariam oppugnant, & fidei tur-
bulentas opiniones in plebe disseminant.
Sed mihi crede, non defuere miracula di- 30.
uo Ioanni, uel ipso Melanchthonete, in
3. cap. Matth. Bone D e v s , quām inu-
fitata

sitata eius conceptio, quām mirum illud
tripudium, & exultatio clausi adhuc intra
materna uiscera? quot inusitati effectus in
ipsa infantuli circumcisione coruscarunt?
quæ ut diuus Lucas ait, diuulgabantur su-
per omnia montana Iudææ. Cūm ergo an-
te signani omnium huius seculi hæretico-

- 31. rum, à D E O se uocatos & missos esse, ne
minimo quidem argumento probare pos-
sint, tota Scriptura eos condemnante: cui
dubium erit, non eos pastores, sed lupos
esse? & quia per ianuam, ut probatum est,
ingressi non sunt, sed furtim irrepserunt,
ore ipsius ueritatis, fures ipfissimi uocan-
tur, & latrones.
- 32. Sed posteaquam hoc illis
effugium extortum est, aliam sibi uiam mu-
niunt, aliterque se, quām hoc priori modo,
uocatos dictitant: uia ordinaria: id est, per
homines à D E O missos, eam sibi potestatē
33. concionandi & sacrificandi traditam. Per
mihi hæc ipsorum placet probatio: disku-
- 34. tiamus igitur supremum hoc illorum per-
fugium, ut omnibus tandem elucescat, hos
fascinare plebem, & humano generi illu-
dere uoluisse. Dicis ô Lutherane, & tu Cal-
uinista, ordinaria uos esse uocatione uoca-
tos: id est, per homines: cedò mihi, quinam
isti homines? Catholici Episcopi? antea
quidem

quidem Lutherus gloriatus est, se ab ipso
Papa uocatum esse ad officium docendi, 36.
nec esse paruipendendam hanc uocatio-
nem, quod ea faceret, ut sua doctrina firma,
& rata esset. Sed haec promotio parum cō-
modi ei attulit, nec diu eius doctrinā de-
fendit: nam libro, quem aduersus falsō no-
minatum ordinem Episcoporū inscripsit,
in Epistola eidem præfixa, quæritur sibi nō 37.
amplius suum Doctoratum, & ordinatio-
nem patrocinari. Ego (inquit) per Papalem
& Cæsaream indignationem titulis meis
exutus sum, & tot bullis erasus est, & dele-
tus iste character, ut neque Doctor Theo-
logiæ, nec quicquam eiusmodi uocer amplius.
His ergo uerbis omnem sibi adem-
ptam potestatem Lutherus queritur. Non
est itaque quod glorientur hi nouitiæ fidei 38.
assertores, se à Catholicæ fidei hominibus
esse uocatos. A' quibus ergo uocati sunt? à
plebe, inquiunt: cui Lutherus lib. de Missa 39.
priuata, & unctione sacerdotū fol. 243. tā-
tum authoritatis tribuit, ut affirmet, ipsum 40.
Diabolum, dummodo à plebe uocatus sit,
posse dare uerum baptismum, ueram abfo-
lutionem, & uerum corpus & sanguinem
CHRISTI. O' impuri hominis os longè im-
purius; qua fronte haec dicere ausus es? &
scelus

14. ORATIO M. PATRIS

Icelus ipsum, & impietas: quibus enim tē
alijs nominibus, ac tanta improbitate di-
gnis appellem? utinam priūs animam,
quām graueolentem istam errorum ac sce-
lerum sententiam exhalasses. Iam intelli-
gitis auditores, quo Spiritu afflati fœdissi-
morum errorū duces, nouum suum Eu-
angelium afflictissimæ huic patriæ propi-
narint. Sed missis Lutheri blasphemis,
rem ipsam perpendamus. Plebs, aiunt, uo-
cauit & misit nos. Ergo iata, & legitima est

41. nostra missio. At in primis falsissimum est,
42. Laicos posse alicui dare potestatem con-
cionandi, & ordinare sacerdotem: quo pa-
43. sto enim quispiam alteri eam potestatem
conferre: quam ipse met nō habet, poterit?
44. quis uero ignorat, ciuilem magistratum,
nihil prorsus iuris, nihil potestatis habere
concionandi, uel Sacra menta administra-
di? cùm huiusmodi officia & actiones non
45. sint politicæ, & ciuiles, sed spirituales, &
ad solos Ecclesiæ pastores spectent. Quod
46. si magistratus ciuilis habet ius uocandi, &
ordinandi sacerdotes & concionatores,
cùm ab eo, quæ leges antea ratæ habeban-
tur, nunc abrogentur, pari ratione, penes
magistratum esset ius abrogandi sacerdo-
tium, sicuti fuerat etiam condendi: quo ni-
hil

hil absurdius unquam dici posset, in Sa- 47.
cramenta, eorumque ministros profanos 48.
homines ius obtinere? Deniq; inusitatum
est Sacrae scripturæ, solam plebem ordina-
re Sacerdotem, cùm nasquam huius rei te-
stimonium extet, solo s Laicos hoc præstare 49.
posse. Paulus enim 1. ad Timot. 3. disertè & 50.
modum, & formam creandi Episcopos Ti-
motheo præscribit, nulla populi facta men-
tione. Ibidem cap. 5. Manus (inquit) nemini
ciò imposueris: ergo Episcopus, non
plebs, Apostolorum etiam temporibus or-
dinabat. Imò ipse Timotheus per imposi-
tionem manuum Pauli ordinatus ibidem
perhibetur. Tito etiam per Epistolam præ-
cipit, ut ipse, non plebs, constituat presby-
teros per ciuitates. Hoc quidem uerum
est, Laicos posse eligere pastorem sibi, non 51.
tamen ordinare: multum enim differunt e-
lectio, & ordinatio: electio est actio hu-
mana: at ordinatio actio C H R I S T I est: 52.
Itaque electio mutari potest ab homini-
bus, ut omnes nouimus: at ordinatio, quia
à C H R I S T O instituta est, mutationi non est
obnoxia: Itē, electio est exploratio quædā
personę ordinandę, utrum is, qui sacris ini-
tiādus est, aptus sit ei muneri, qualem uitā
duxerit, sit ne sacris literis ornatus: at in
ordina-

16 ORATIO M. PATRIS

ordinatione, quia Sacramentum est, conferatur ipsum officium, & potestas supernaturalis. Malè ergo & uitiosissimè colligas, plebs habet ius eligendi sibi pastorem, habebit igitur etiam ordinandi: cùm hæc diuersissima inter se sint, & in infinitum dī-

53. stent. Aliud effugium Lutherus lib. de captiuitate Babylonica suis comminiscitur. Omnes (inquit) Christiani sunt Sacerdotes: sed hoc indignum est responsione: tollit enim omnem uocationem, & missionem: quod palam est contra Scripturam, ut iam docuimus: quod & ipsimet suo authori displicuit: aliud ergo effingit: Concionator sum, doctrinam Apostolicam doceo, ergo sum legitimè missus. Insignis hæc sanè, & ualidissima consequentia est: si frontis aliquid & cerebri huic homini reliquū esset, meritò pudere eum debuerat huius argumenti, uideat igitur quid res ipsa contineat. Duo sunt, auditores, in quouis Pastore spectanda, doctrina & uocatio, & quāuis doctrina bona sit, tamen si uocatio non sit legitima, repudianda est doctrina: quid hoc: repudianda sana doctrina? ita dico repudianda. An non Apostolica etiā doctrina & uerissima erat, quam Diabolus de CHRISTO prædicabat, cùm Lucæ 4. dicebat:

tet: Tu es Filius D E I : nihilominus tamen loqui à D OMINO prohibetur: quia uocatus non erat. Sic nos ab aduersarijs, non probationem suæ doctrinæ, sed uocationis requirimus: scimus enim D OMINVM Ioan. 3. dicere: Non potest (inquit) homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Vnde igitur plebi ea facultas, ut pro suo libito manus imponere, concionatorem creare, Sacerdotem ordinare possit? quando ei de cœlo hæc potestas oblata est? Hæc cùm ita sint, auditores in C HRISTO dilectissimi, nec Lutherum, nec Caluinū, nec quempiam hereticorum, nec immediate, nec mediately uocatum, aut missum fuisse, aut potestate alios ordinandi accepisse, ut abunde probatum est: sequitur euidentissimè, apud eos nullam esse peccatorum remissionem, nullam ueram uocationem & ordinationem, nullum corpus aut Sanguinem C HRISTI, sed nuda tantummodo elementa panis & uini, nullam demum ijs ministribus uitam æternam, aut beatitudinem esse sperandā: rursus eorū ministros, & superintendentes, maximos & nequissimos esse populi impostores, & idolatriæ inuectores, qui panem & uinum, uel, ut Sacramentarij Lutheranis obijciunt, Ce

terem & Bachum pro CHRISTO uenerantur. Et quia non sunt, ut audistis, legitimè ordinati, nec intrarunt per ianuam, manifestissimi fures sunt & latrones. Ego, inquit CHRISTVS, Ioannis 11. sum ostium: qui ergo CHRISTI ordinatione, quæ ab initio Euangelij in Ecclesia durat, non intrat in ouile, fur est & latro, ut furetur, mactet & perdat ingressus est: nulla etiam Ecclesia ijs est reliqua: docent enim ipsimet, Ecclesiæ signa legitimam esse Sacramentorum administrationem, legitimam uerbi DEI prædicationem, quæ nequeunt fieri nisi à legitimis ministris. Fugite itaq;, charissimi,

61. mi, per DEVM uos oro, si qui Babyloniam istam confusionem hactenus securi estis: fugite inquam, rapaces istos lupos; fugite homicidas animarum uestrarum, qui sub specie pastoris, iugulum uestrum pertunt, & sempiternos cruciatus intentant: redite ad gremium matris uestræ Ecclesiæ Catholicæ, in cuius sinu & tutela beatitudinem, regnumq; immortale uos adepturos confidite. Dixi de Sacrosanctæ Eucharistiæ ministro: nunc qua sanctitate eum esse oporteat, paucissimis perstringam: quæ so ut finem etiam pari benevolētia audiat. Certum est apud omnes nihil sublimius esse

esse D E O ter maximo, nihil sanctius I E S V
 C H R I S T O , De Filio ac D O M I N O n o s t r o :
 cùm igitur ille idem protsus, quem Iudæi
 cruci affixerunt, & qui sua uirtute cœlos p e-
 tijt, quiqüe iudicaturus est uiuos & mor-
 tuos, ille inquam idem, in S A C R O S A N-
 C T O Missæ Sacrificiō, à Sacerdote legit-
 imo offeratur, & contrectetur: quā tandem
 animi & corporis castitate, quā uitæ inte- 62.
 gritate & innocentia, tam sublimis myste-
 rij ministrum, quod Angelicam etiam pu-
 titatem requirit, ornatum esse oportet? Sed
 horret mens dicere, erubesco & doleo ex
 intimo corde, dicendum tamen. Quotus 63.
 quisque Sacerdotum & Parochorum est,
 qui non turpissimis uoluptatibus indul-
 geat, & cœno luxuriæ se fœdissimè conta-
 minet, & polluat? & quod fœdissimum est,
 ita omni libidine contaminati, absq; pœni-
 tentia,absq; criminum expiatione, ömniū
 conditorem, D O M I N U M Angelorum, Fi-
 lium D E I æterti, suis spurcissimis mani-
 bus circumferunt, & in abominabilem cor-
 dis sui cloacam demergunt: prō nefas: pe-
 ius fratres mei charissimi, peius D E O for-
 det omne mortiferum peccatum, quām
 nobis uermibus scatens cadauer: & dē-
 testabilior illi est luxuria, ebrietas, auaritia,

20 O R A T I O M. P A T R I S
quàm nobis pestifer aliquis Draco , aut
Crocodilus. Cùm itaque Sacerdos aut e-
briosus, aut concubinarius, (sunt autem cō-
cubinarij, & impudentissimi quidem om-
nes illi, qui legitimas se thori consortes ha-
bere, falsissimè arbitrantur) absque confes-
sione sacramentali peccatorum ad Altare
accedit, sacrificium conficit, quantum pu-
tatis horroris & nauseæ C H R I S T O D O M I-
N O , à tam spurco ministro exhiberi? sanè
centuplo plus, quàm si horribilis leprosus
aut pestilens, & uermibus exesus & semi-
putridus homo, te uellet amplecti & exo-
sculari? En quale præmium, quod laudis
genus I E S V C H R I S T O Redemptori nostro,
Sacerdotes impuri reddunt, uerè iuxta A-
postolum, rursum crucifigentes Filiū Dei.
Iudicate uos ipsi, auditores, si quis seruo-
rum, regis unicum & tenerrimum Filiū, in
fordes aut cloacam aliquam conijceret,
nónne crudelem, barbarum, tyrannum di-
ceretis? quid? nónne Sacratissimæ Mariæ
uirginis & Dei Patris Filium, Sacerdos in
Altari consecrat? qui si impurus est & adul-
ter, an non quoties communicat, toties i-
psum suum Dominum tot probris afficit,
& in faciem cædit. O D E I misericordiam
inexplicabilem: ô I E S V C H R I S T I patien-
tiam

tiam inauditam: qui tam multos sui illusores & Pilatos tam diu patientissimè tolerat, & ad pœnitentiam præstolatur. Olim ut 2. Regum cap. 6. scribitur, euestigid iniuriam sibi illatam ulciscebatur. Osa enim nō 64.
corpus Domini, sed arcā tātūm, cūm indignè attigisset, continuò perijt: Abiathar 65.
sacerdos, Dauidi petenti panes sacros da-
turus, nōnne priūs sedulò percontatus est,
num ipse, num comites mundi essent, ma-
xime à mulieribus? Hoc uero nostro impio
seculo non desunt, qui nocte turpisimam
amplexantes Venerem, mane in Altari uir-
ginis & Dei Filium, ijsdem sacrilegis con-
tingere manibus non uerentur. At solent i-
sti, qui huic sceleri se manciparunt, & fœ-
dissimo Spiritu fornicationis aguntur, tur-
pem uitam suam etiam defendere, nedum
seria pœnitentia iratum D E V M placare. V-
xor (inquit) mea est, lege matrimonij eam
mihi copulanī, peccato igitur uaco. Hic de 66.
ijs animaduertite, auditores, qui ab hereti-
cis ordinantur, mihi sermonem non esse: iij
enim ut ostendi, Laici planè sunt, & non Sa-
cerdotes: quo circa si aliquid alterius impe-
dimenti non intercesserit, matrimonia le-
gitimè contrahere possunt: Sed utrum ca-
tholicè ordinatus Sacerdos, uerum matri-

22 ORATIO M. PATRIS

- monium contrahere possit, hoc nunc agitur. Dico igitur: Sacerdotem catholicè ordinatum, nullo pacto cōiugium inire posse, etiam si millies sibi inuicem cōsentiant, & fidem mutuam præstent: sed eorum matrimonium esse meram fornicationem, incestum, sacrilegium. Cur ita quæso? quia suo ipsius ore, inhabilem se fecit ad matrimonium suscipiendum: in ipsa enim ordinatione quisque Sacerdotum, nemine co gente, ex libera animi uoluntate, perpetuā castitatem se seruaturū, Deo pollicetur: nec ullus ordinatur, nec ordinari omnino potest, nisi consentiat in perpetuam continentiam. Cùm itaque tali uinculo quisque Sacerdotum se obstringat, usq; ad mortem castè uiaturum, nōnne impedimentū, & obicē contrahendi matrimonij ponunt? nōnne irriti sunt eorum consensus, & Sacramentum matrimonij nullum? Æternam itaq; damnationem incurrint Parochi omnes & Sacerdotes, qui sub honesto titulo matrimonij, contra suam conscientiam & potestatem fœdissimè luxuriantur: regio Propheta Dauide 75. Psal. sic attestare: Vouete & reddite Domino Deo uestro, &c. Displicet enim Deo stulta & infidelis promissio: & ad Tim. 5. Apostolus deuidis

duis loquens, quæ castitatem Deo spopon
dissent, cùm luxuriatæ fuerint in CHRISTO, 74.
nubere uolunt, damnationem habétes: q[uia] primam fidem irritam fecerunt. En causa,
quare morti æternæ tradantur: quia primā
fidem irritam fecerunt: quia uotum semel
Deo præstitum uiolarunt: quia, teste diuo 75.
Petro in Actis 5. mentiti sunt Spiritui San-
cto, cùm integrum antea fuisset eis iungi
matrimonio, ipsi sua spōre se Deo cōsecre-
runt, & nunc perfidi impossibilem sibi con-
tinentiam clamitant, & nefariè repetunt, 76.
quod obtulerunt Deo, idē Sathanæ iure
optimo, & flammis tartareis æternū man-
cipandi: quia primam fidem irritam fece-
runt. Ad dices, matrimonium CHRISTVS 77.
instiuit, ut si duæ personæ contrahant,
nulla humana lege possit dissolui: quod e-
nim D e s v s coniunxit, homo ne separet.
Sed nullum argumentum est: Ecclesia e-
nīm Catholica matrimonia legitima nec 78.
prohibet, nec dissoluit, nec etiam si uellet,
posset dissoluere: sed tantum docet, hoc
quod putatur esse matrimonium, non esse
uerum matrimonium: quia scilicet per-
sonæ ipsæ non sunt aptæ ad contrahen-
dum: sic enim statuit Ecclesia, Sacerdotes si 79.
uelint inire coniugium, nullum id esse ma-

24 ORATIO M. PATRIS

rimonium: quia legge Ecclesiastica cautum
est, neminem ad Sacerdotium, nisi cœlibe
admittendum: potest igitur mater Eccle-

80. sia, non quidem cogere quenquam, ut castè
uiuat, sed si uelit Sacerdotio fungi, cœli-
bem ut uitam ducat. Heus tu, obijciet hic

81. aliquis, Apostolus nōnne scribit, oportet
(inquit) Episcopum esse unius uxo-
ris uirum, Diaconi sint unius uxoris ui-
ri: constitue presbyteros si quis est unius
uxoris uir: itaque non est, cur matrimonium
Sacerdotum irritum dicas. Sed nihil te iu-
uat hic locus: nam si unum quemque Epi-
scopum diaconum, presbyterum præcipit

Apostolus unam habere debere uxorem,
semetipsum, & Titum, & Timotheum, &
Ioannem Euangelistam, hac uoce damna-
uerit, & Episcopatu indignos pronuncia-
uerit, qui uxores non ducebant: imò Apo-
stolus ad Cor. 7. cupit omnes esse sicuti se-
metipsum: non est ergo sensus iste Aposto-
li, ut Episcopi, & Sacerdotes uxorem ha-

82. beant: quia Episcopos continentes esse iu-
bet. Reète igitur huic argumēto diuus Am-
brosius ad Vercellensem respondet: haben-
tem, dixit Apostolus, filios, nō facientem:
id est, siquidem habeat filios, subditos ha-
beat in omni castitate, hoc est, quod diuus

Chry-

Chrysostomus exponit, nihil sanciens, hęc dicit Apostolus, sed modum præscribens, quales scilicet esse debeant, si habeant filios. Ecclesia ergo non excludit maritos à 83. sacerdotio, sed præcipit, quales iij esse debeant. Plurima hīc mihi alia occurunt argumenta ex Sacra scriptura, sanctis patribus, concilijs, canonibus, & perpetuo usu Ecclesiæ, quibus cœlibatus Sacerdotum astruitur, sed orationis uela contrahemus. 84.

Quamobrem, patres religiosissimi, cum intellexeritis, sacerdotem neminem esse posse, nisi Sanctæ Romanæ Catholicae, & Apostolicæ Ecclesiæ authoritate consecratur, unde sit, nulla Sacramenta, nullam Ecclesiam, nullam remissionem peccatorum esse ubile legitimus Sacerdos non est, quod haereticis usu uenit, & Sacerdotes omnes, tota uita castos esse oportere, nec matrimonium posse inire, & si sacratissimum Ihsu Christi corpus consecret Sacerdos, aut sumat, uel quoduis Sacramētum exerceat in peccato mortali, cum nouo mortali peccato se obstringere: quia Sacramenta, quæ sunt uasa diuinæ gratiæ, non nisi puro corde, & mundo pectore sunt tractanda: non enim teste Scriptura Sapientia. i. in maleuolum animam introibit Sapientia, (quæ est

CHRISTVS DOMINVS) nechabitabit

85. in corpore subdito peccatis: Rogo uos, patres obseruandissimi, atque obtestor, per IESV CHRISTI mortem acerbissimam, atque per uestram omnium salutem, sic instituamus uitā nostrā, ut tanquam ciuitas supra montem positi, tanquam sal optimus, corruptis stratū nostrorum moribus condiendis aptissimus, tanquam ardes lucerna, ad depellendas has tenebras, quibus in Hungaria Catholica religio obscuratur, idonei efficiamur. Etenim si nos, qui uasa Domini, qui sancta sanctorum ferezimus, qui clauem scientiæ habemus, qui pascendo gregi IESV CHRISTI præficimur, qui lux mundi, qui sal terræ à Domino nominamur, si inquam nos, aut ignorantia rerum diuinarum laboremus, & in lege Domini cæci impingamus, aut auaritiae, ebrietatis, luxuriæ, & reliquis nefandissimis scelerib. nos obstringamus, actū de fide, actū de religione, actū de salute omniū est. Veniat nobis in mentē, non modo, quam facimus, regni illius sempiterni iactura: sed etiam pœnarum & tremendi iudicij horror, quod subibimus, si nostra culpa uitiorum & heresēōn monstra crudelissima, ouile CHRISTI uastauerint: meminetimus

nerimus etiam, iniquissimam esse commu-
tationem , ut pro momentanea uoluptate,
eterna supplicia patiamur: momentaneum
enim est , quod delectat : æternum uero
quod cruciat . Quem cruciatum à nobis
auertat C H R I S T U S , perpetuæ virgi-
nis , & D E I Filius , cui sit cum Patre
& sancto Spiritu honor & glo-
ria in secula.

D I X I .

H A B I T A F V I T H A E C O-
ratio Sabariae à M. patre Iesuita,
præsente Episcopo , & in frequenti
confessu Pontificiorum:

Anno Domini,
M. D. L X X I X.
2. die Augusti.

A P O L O S

APOLOGIA

SEV RESPONSIO AD
PRÆCEDENTEM IN-
VECTIVAM.

Ertum sane mihi erat, M. Pater Iesuita, atque adeò exploratū, te plures iam ut audio, annos Romano Antichristo militantem, idq; Sabariæ, Vrbe S. Martini natalibus in toto orbe Romano pernobili, sic abundare sophismatis atq; cauillis ad mendacia tua, quæ nuper in synagoga uestra O-
Iesuitæ ad eō ratione quadam futili deblaterasti egregiè tentiones in-
cūdas prom- ea propter haud mediocrem & mentien-
pii.
tis authoritatem, & urbis impunè uerbum facturus esse uideretur. Veruntamen quia nostræ, hoc est, Vngarorum consuetudinis non erat, commenta quorumlibet terræ filiorum, præsertim non omni ex parte satis cautè fucata admittere: propterea breui hoc scripto bona tua & Sabariensium pace periculum facere uolui, num nam aliquid ad tuas criminationes diras omnino & capitales, quæ contra Reformatas ex Papismo Ecclesiæ sunt institutæ, responderi posset.

2. Ne autem me ignores, oratoriè tecum
in præsentia non agam, nec ut tu fecisti, de-
clamabo in corona: ne cui similis fortè eua-
dam stultus, qui præter necessitatem bra-
chium concalefacere uelim, cùm facilior
pugnandi extra hostem ratio iniri possit.

Tu enim omnes Iesuiticæ eloquentiæ ner- *Iesuitæ extra*
uos expediuisse & contendisse uideris in *hostie pugna*
eo, ut hac oratione aduersarios Romanæ *ces.*

sedis iugulares absentes, qui in Couentu
illo Sabariæ, crudelitatis uestræ perfidio-
sæ non ignari, comparere noluissent. Illud
autem mihi unicum propositum erit, ut in-
uolutæ tuæ illæ de uero Sacerdote dispu-
tationes, itemq; de Eucharistia ministro,
de dignitate eius qui Eucharistiam confi-
cit, quoad eius fieri poterit, euoluantur. Et-
si enim distinctè omnia loqui & tractare ui-
deri uis: tamen (qui uester mos est) ita mul-
ta misces ac confundis, dum te ipsum pro-
positæ rei finibus non contines, ut ad frau-
des tuas deprehendendas attentio quæ-
piam requiratur: ne nihil tibi tanto Iesuitæ
laudis à nobis tribui conquerare.

3. Principiò de turbulentissima uniuersè *Iesuitæ pri-*
Pannoniæ uastitate deploras, quæ ad pri- *scæ & auitæ*
scæ fidei, religionis auitæ & Catholicæ Ec- *religionis pa-*
clesiæ euersionem pertineat: quæ quidem *tron.*
uastitas

1.2. uastitas uobis consilium Sabariensis illius
senatus habendi, urgente necessitate ex-
presserit.

Quæ prisca uobis & auita religio sit, ne-
mo ferè est, qui ignoret Romanæ enim se-
dis placita nihil in diuinis literis funda-
menti habentia, & cum his, atque adeò se-
cum etiam plerunque aduersis frontibus
pugnantia (quæ tamen sub specioso Eccle-
siasticæ traditionis titulo obtrudantur)
priscam & auitam religionem uocare so-
letis, & qui hæc summa ope defendūt, Ro-
mano Pontifici addicti, iij demum uobis
sunt Catholici.

Sed quæ prisca sit fides, & quam nullam
de hac in Vngaria abolita uastataque iu-
stam conquerendi causam habueris, pau-
cis cognosce. Vtra tibi religio antiquior ui-
detur? Eâne, quæ uno uerbo Dei longè
antiquissimo ntititur, nec ullas hominum,
nisi ad illud examinatas recipit tradicio-
nes an ea, quæ Dei uerbum authoritatî

Antiqua p. a. hominum subiicit, & pro uerbo Dei uen-
p. a. religio. ditat ea omnia, quæcunque hic uel ille ne-
bullo suo arbitratu commentus est? Quid
est, quod uerustum dici & priscum in Ro-
mana religione possit? Verustum opinor
esse uultis, quod Petrus ob egregiam fidei

con-

confessionem ab ipso Christo spiritualis i.
 Monarcha & caput Ecclesiæ sit constitutus, Primatus
 quo iure titulog; successores etiam ipsius Ponti.Rom.
 gauderent Romani uidelicet Papæ. Dein- II.
 de & illud priscum uobis est: imagines & Imagines.
 idola esse in templis habenda, quæ libro- III.
 rum instar sint idiotis: Tum hæc: Missam
 histriorum vestitu loco Cœnæ Dominicæ
 esse celebrandam, in qua Christus post u-
 nicam semel factam oblationem, qua Pan-
 lo teste sanctos reddidit consumatos, de
 integro quotidie immoletur Deo Patri III.
 pro uiuis & defunctis. Ordines Monacho- Ordines.
 rum esse distinctos oportere, ut alij Augu-
 stiniani sint, alij Benedictini, alij Franciscani,
 diuersorum rituum omnes ac merito-
 rum, in quibus tamen Iesuitica societas,
 cuius tu es membrum, emineat. Denique V.
 cœlibatum ministrorum Ecclesiæ, statu-
 rum dierum ieunia, orationes, pro demor-
 tuis, & alias id genus quisquilias seruan-
 das esse. Hæc scilicet uobis sunt antiqua
 dogmata, hi priscæ fidei præclari & Sacro-
 sancti articuli, quorum abrogatio à nostris
 Ecclesijs facta in primo statim orationis
 ingressu tantos tibi mœrorum ac indi-
 gnationum fluctus excitauit. Sed ut ne
 tantopere uastitatem religionis in Vnga-
 ria

Cœlibatus, ie
 iuria meri-
 toria & con-
 finilia. a

32 APOLOGIA PRO ECCLE-

ria lugeas, aut saltem ut post tam amaros
fletus oculos æquo animo abstergeas, au-
di nunc iam, quæ nam fidei ueræ & antiquæ
capita nostris in Ecclesijs, eorum, quæ
iam recensui dogmatum, locum occupa-
uerint.

4. Confitemur Christum unicum esse Ec-
clesiæ caput, & hunc titulum homini ne-
mini esse tribuendum, cùm caput Ecclesiæ
tale esse oporteat, quod possit uitam dare
corpori. Ad Petrum autem quod attinet,
standum esse iubemus ipsiusmet testimo-

Ephes. 5.
v. 25.

1. Pet. 5. v. 1.

Gal. 2. v. 14 Et Paulus reprehendere Petrum minus
recto pede incidentem non ueretur, quod
illi facere, si Petrus à Christo princeps A-
postolorum fuisset constitutus, & caput Ec-
clesiæ, capitale certè futurum erat. Cuius
quidem rei consideratione motus quon-
dam Porphyrius ille, non sine blasphemia,

Hierony. ad August. E: Hieronymus tradit, Pauli arguebat pro-
pist. 30. cicitatem, quod principem Apostolorum

coràm fuisset ausus reprehendere: quam
insaniam pontificiorum commentis de Pe-
tri primatu, maximè consentaneam, perfa-
cile illis etiam temporibus orthodoxi re-
futabant. De Papis autem, Petri (ut uos nu-
garni)

garnini) successoribus, non potes Marce
pater ignorare, à Gregorio Magno Papa- Registri lib.
rum omnium coryphæo, cuius ætas in an- 4. in Epis.
num Christi D. LXXVI. incidit, disertè ad Maur.
esse dictum: præcursorum Antichristi fore Cæf. ad Con
eū, qui Oecumenicum pastorem & caput stantiam Au
Ecclesiæ sese dici uoluerit. In cuius quidē gust. ad Pa
Gregorij scriptis prolixè pluribus locis, solymitanū,
multisq; argumentis probatum reperies, Constantino
non posse in terris unum aliquod monstra polit. Antio
ri aut esse caput Ecclesiæ. Vnde autem & chenum.
cuius concessu & quàm ægrè, hic titulus Vide & Gra
ad Romanum Pontificem peruerterit, per- tianum Dist.
facile est historias illorum temporum le- 99. Can.
genti cognoscere. Phocas is fuit, qui Papæ Nilus. Et
tantum imperium confirmauit, homo con seq.
sceleratus, & turpis paricida, qui occiso Sabellicus,
Mauricio, primus ut quidam Poëta ad no- Ennea. 8.
men Phocæ alludens ait, Romanum suffo- lib. 6.
cauit imperium. Sed ad alia pergamus. I- Vilelmus
maginibus uestris auris proauos Prophe- Stamfurdius
tarum, & ipsos Prophetas opponimus, qui lib. Farrag.
imaginibus doceri quidem homines ue- Ier. 10. v. 8.
luti per libros, dixerunt, sed non aliud quā Abac. 2. ver.
mendacium: & illis inesse eruditio[n]e, sed 18.
non aliam quàm uanitatis. In Missæ uestræ
locum, cuius nuper nomen extitit, ueram
Cœnæ dominicæ administrationem sub-

C. stituimus,

stituimus, quæ constat ijs ritibus, quos
CHRISTI institutio habet, quosque Aposto-
lus à Domino se accepisse, Corinthijsque
tradidisse scribit. Vbi nihil admodum est
de Missa Theatrica, nihil de histrionico ue-
stitu, de gesticulationibus, de unica tan-
tum specie Laicis danda, de Sacrificio pro
uiuis & mortuis. Ordines Monachorum
quocunque sint titulo & nomine abole-
mus prorsus: ut dulcissimo & antiquissi-
mo Christianorum nomini locus esse in Ec-
clesia possit. Negat enim Apostolus pio-
cuiquam eorum nominibus hominū, qui
crucifixi pro nobis non sint, licere gloriari.

Sed & illud perulgatum est atque no-
tum, istos ordines minimè antiquos esse:
& præsertim Suiticam istam, cuius tu co-
lumen es, societatem & familiam nuper
fuisse institutam, & quidem contra decre-

Sabell. *hunc* tum concilij Lateranensis Romæ sub In-
ijs concilij nocentio tertio factum, quo in decreto ca-
meminit, *En* uetur, ne numerus ordinum Monachorum
nead. 9. l. 6. deinceps augeatur. Extat eiusdem inter-
dicti solennis repetitio & confirmatio, in

Lib. 3. de, „ Conflititionibus Concilij Lugdunensis
religiosis, „ sub Bonifacio VIII. editis, in hæc uerba:
domibus, „ Religionum diuersitatem nimiam, ne con-
It. 16. „ fusionem induceret, consilium consulta-
pro-

prohibitione uetus. Et post pauca: Repe-
tita constitutione districtus inhibemus: " "
Ne aliquis de cætero nouum ordinem aut " "
religionem adiuueniat vel habitum no- " "
uae religionis assumat. Et hæc quidem Bo- " "
nifacius. Quare non dubitat Frater Ange- *Tit. Religios*
lus Clauasius in suis Summis, omnes ordi- *fus.*
nes Religiosorum post prohibitionem cō-
ciliij natos excommunicationi subiçere:
ut hoc etiam inter cætera lesuitis curæ es-
se meritò debeat, quemadmodum cum
hoc tanto Canonista & Iureconsulto, de
tuenda noua hac ipsorum secta transfigi
possit. De cœlibatu sacerdotum quid atti- *Can. Dece*
net dicere? Nostri Canones Innocentij, Sy- *nimus. Dist.*
ritij, Calixti & aliorum, non ita antiquos, *27. Can.*
qui uno Apostoli uerbo refelluntur, quod *Presbyte-*
est antiquissimum: Honorabile coniugi- *ris Dist. 27.*
um inter omnes. Denique supersticio- *Can. presby,*
rum iejuniorum, officiorum, & orationum *ter.*
pro defunctis, & consimilium fatuitatum, *Hebr. 13. v.*
nouitij autores sunt, id quod (nisi res ad- *4.*
modum confessa testataque esset) abundè
ex historijs posset doceri. Quocircà quæ
tua frons est, quis pudor, Marce pater, qui
priscam fidem appellare Romanas consti-
tutiones non uerearis? Quid uetusissi-
num ex omni eorum numero, quæ à nobis

36 APOLOGIA PRO ECCLES.
abrogata atque adeò uastata esse quereris, proferre potes, cui non à nobis uerius dogma opponi possit sacrarum literarum?

5. Porrò autem ut tua isthèc querimonia plus non solùm approbationis uerumetiam commiserationis apud catholicos auditores consequatur, dicas eo rem redijisse, ut non solùm lupi sanctas ouiculas incursent, uerum etiam qui pastores uidebantur, lupinam feritatem induerint, atq; adeò si qui sunt matris Ecclesiæ defensores, eos esse tum raro tum ineruditos. Quo quidé loco quos alios carpas, præterquam illos ipsos uestrates, qui ruentem in Vngaria Papatum adhuc utcunq; sustentant, non possum existimare. Nam qui cum Papa & cum Romana synagoga non faciunt amplius, hi tibi Pastores nec sunt, ut infrà pereruditè scilicet demonstras, nec etiā esse uidentur.

*Carpunt suos, sed nimis molli bra-
chio, Iesu;* Quæ tua ingenuitas, quòd tuos etiam attingis, posset uideri laude digna, nisi plenè syncerioris zeli eam expertem esse deprehenderemus. Neq; enim sic leniter atque leviter manū olim uulneri admouebant sancti Prophetæ, cùm uitia reprehendenda essent Sacerdotum: ut satis euidens cuiq; non stultissimo ex ista tua conqueſtione,

stione, quam contra uestros dominici pecoris ut tu loqueris custodes quasi aliud 4. agens instituisti, possit esse, cuiusnam modi Romanæ Ecclesiæ reformatio, disciplinæq; restauratio, à uobis Iesuitis sit expectanda, qui meri profectò gnathones estis Paparum & Episcoporum: & quoties ad necessarias aut negligentiae aut importunitatissimorum scelerum, quibus illi cooperati sunt, insectationes uentum est, deprehensione dimini aut bouem in lingua habere, ut ueterere prouerbio est dictum, aut certè mutū canem, qui usque adeò faueat faucibus, ut contra manifestos fures & latrones satis habeat pertenui murmure edito dentes restinxisse. Contrà uero in laudes Prælatorum uestrorum, eorumq; qui his promptissimè obediunt perornandas, quàm prodiga & impudens turba sitis, tum ista tua scripsi 5. 86. ptiuncula, tum cæteræ uestræ farragines præclarè docent.

6. Sed his omissis propriùs iam mihi tecum conserendæ manus sunt Marce pater, seu (ut haud paulò rectius mihi quidem nominari posse uideris) Marce Aper: & examinationa duo illa capita abs te pertractata: Status eius quorum explicationi catholicæ tátum tri- sae & partis buis, ut non dubitans affirmes, unico isto tio.

C 3 ariete,

38 APOLOGIA PRO ECCLE.

ariete, nullis alijs adhibitis machinis omnia fundamenta subrui posse doctrinæ sectariorum. Vocas autem non absque contumelia sectarios, qui uniuersali Ecclesiæ adhærescentes perditæ Romanensium sectæ nuncium remiserunt. Sed quæ ea capita

6. fint, audiamus. Vnum est: Quis uerus Sacerdos & Sacrosanctæ Eucharistiæ minister fit censendus. Alterum: Quæ morū probitas & innocentia uitæ in eo Sacerdote, qui Eucharistiam conficit, necessariò requiratur. Neq; uero illud obscurè fers, quorsum has non acutas quidem, sed tamen isto loco insidiosè in medium adductas quæstiones pertinere uelis. Nam illud te persum-mam impudentiam iactas contra nos con-fecturum: nos uniuersos qui extra Roma-næ Hierarchiæ septa sumus, nec proprios Sacramétorum ministros, nec uera Sacra-men-ta habere, nec ullum apud nos salutis inueniri præsidium, atque adeò quod Apo-stolus de infelicibus Ephesijs scribit, fuisse illos quondam absque Christo, abalienatos à Sanctorum Repub. extraneos à pa-ctis promissionis, spem nō habentes. Deique expertes in mundo: id ipsum de nobis & præsenti statu nostro iure optimo dici posse.

Ephes. 2. v.
12.

Qua

Qua quidem accusatione, cù m nihil nesi
gi quidem possit atrocius, opera à me
dabitur, ut firma aliqua & perspicua respō-
sione, istud os tuum impudens & virulen-
tum obturetur: ne rabiosus canis quispiā
Dalmaticus de tot per terrarum orbem u-
niuersum Reformatis Ecclesijs, nō sine glo-
riæ D e i detimento, & dedecore nostro
triumphum egisse uideatur.

7. Negas ergo pater Iesuitice, legitimos
ministros ijs in Ecclesijs, quæ à Romani 12.
Pontificis imperio descinerunt, monstra-
ri posse? Ita, nego inquis. Neque enim no-
tas illas habent uerorum Ecclesiæ pasto-
rum: uocationem & missionem, quotquot
in uestris cœribus hoc nomen titulumque
sibi arrogant. Bona uerba, Marce pater.
Neque enim tibi istud temerè pronuncian-
ti, æquè temerè quisquam creder. Itaque
pergis respondens: Omnes uocatos diui-
nitūs & missos ad ministerium Ecclesiæ, o-
portet aut extra ordinem, hoc est, ab ipso
D e o immediatè, (ut vulgo loquuntur,)
uocatos missosque esse: aut ordinario mo-
do, hoc est, mediatè per homines. Supe-
rioris generis exempla habentur in Mo-
se, Prophetis, Apostolis. Mediatè uero
missorum post ascensionem C H R I S T I in

Intentio Ies
suitica: Adx
uersarij Pon.
Roma. Nula
los legitimos
Pastores ha-
bent.

40 APOLOGIA PRO ECCL.

cœlos, ut Episcoporum, ac diaconorum, & his similiū longè maximus fuit numerus. Atqui aduersarij Romanæ Ecclesiæ, qui se pro doctoribus gerunt, nec extra ordinem immediatè, nec ordinario modo seu mediaterè per homines uocati missi q; sunt. Neque igitur prorsus ullo modo.

Ego uero hic primū sententiam opinioni tuæ contrariam concipiam ac pronunciabo : Ecclesiæ nimirum extra Patatum positas habere uerbi ministros tam inmediatè uocatos, quam ordinariè seu mediaterè : teq; qui hoc negare audias non solum sophistam calumniosum & flagitiosè mendacem, sed impium sacrilegum, & conscelerati animi nebulonem rebus addiccam necessarijs.

8. Aio itaq; fortissimos illos & invictissimos heroas, nimirum Viclephum, Husium, Hieronymum utrumque Pragensem & Florentinū, Lutherum, Zuinglium, Oecolampodium, cæteris mortalibus aduersus impietatem Antichristianam uocem mittere non audentibus à Domino excitatos, diuinum istud opus repurgandæ à scordibus & fæce humanarum corruptelarum cœlestis doctrinæ, nostro hoc quidem nomine felicissimo seculo, & animosè aggressos

*Depulsio in-
terioris Iesui
ticæ.*

*Firmamen-
tum & pro-
batio depul-
sionis.*

*Extra Ordi-
narij & Or-
dinarij Ec-
clesiarū Re-
formatarum
ministri.*

gressos esse, & admiranda felicitate perfecisse. Porrò autem eosdem pios ac sanctos viros constitutis iam Ecclesijs magno numero emisisse in agrum Domini operarios ordinario modo, qui hodie per orbem terrarū tam in finibus Ecclesiæ CHRISTI propagandis, quam in tenebrarum regno radicibus extirpando ne quicquam frendentibus Diabolis & Romano Antichristo maximo successu elaborat, suamq; industriam ac sedulitatem ea in re DEO & hominibus abunde probant. Quod dum affirmo, nihil moror, si Marco patri Iesuitisq; omnibus illia rumpantur.

9. At qui dicet credo Marsus iste Aper, aut potius Dalmaticus, omnes illos, qui enumerati sunt, à Romana Ecclesia, quæ catholica dicitur, unà cum scriptis & doctrina sua reprobatos, & anathemate percussos esse,

Ego uero id non ignoro, meminiq; præclarè catalogum quendam pro uobis Pontificijs fuisse consecutum, qui doctissimum uirorum, pro haereticis aut haeresiarum damnatorum nomina contineret, à Pa pæ emissarijs, ac in primis ab Ioanne Delacasa Beneuentano, aut certè ueriùs, Sodomitano Archiepiscopo: qui non ita mul

*Pontificia
condemna-
tio extraor-
dinariorum
qualis.*

*Interdictum
apud S. Ioā.
à templo:
Anno 1545.*

4.2 APOLOGIA PRO ECCL.

tis ante hunc concinnatum catalogum annis libellum etiam ediderat Venetijs apud Troiaⁿum Nauum typographum , typis publicatum , de laudibus Sodomiæ, quod scelus & foedissimam ἀρρενοφυίαν, quā Deus ipse igne & sulfure cœlitūs demisso , & totius regionis horrenda conflagratione, in-

Gratian. teritu , maledictione , ad hunc usque diem
Caus. 32. durante , in illis aliquor ciuitatum incolis
quest. 7. Fla est persecutus , quam Papistarum etiam ini-

gitia. psorum canones (tametsi impurissimo-
rum) execrantur & abominantur, quam i-
Musonius ti pſi etiam Ethnici τόνμομα παρὰ φύσιν appellata-
tante Sto- runt, ipſe diuinum opus perhibet, seq; hoc
bco. uoluptatis genere profitentur unicè dele-
ctari, ut ex hoc argumento Archiepiscopa-

Legatus A: lis lucubrationis , egregium Marce pater,
postolicus, Cameræ Apostolicæ Decanum , & in toto
piorum con- illustrissimo Venerorum dominio lega-
dinator Sto- tum Apostolicum possis agnoscere. Sed
domita.

longè aliud est, ex uerbo Dei ab Ecclesia
& pijs doctribus iurè condemnari, aliud
& obſcœnis Sodomitis, Cinædis & exo-
letis falso mendaciterq; traduci : quos ni-
fi & tu (ut nō iniuria ſuspicio) impurus es,
haud negabis impurorum ſpirituum cer-
tissima eſſe organa mancipia.

10. Sed ut ad rem propositam redesamus,
inter-

interrogabis me fortasse illud: quo argu- *Vnde cōflet,*
 mento constare dicam, quos recensui, im- *Reform. Ec-*
 mediatē fuisse à D E O missos & excitatos *clesiārū Pas-*
 ad cœlestem doctrinam reformandam. E- *stiores extra-*
 go uerò te uicissim interrogo: Veros CHRI *ordinarios*
 s: i ac Euangelij testes atque professores, *diuinitus es-*
 doctrinæ cœlestis fortissimos & constan- *se missos.*
 tissimos uindices, humanorum menda-
 ciorum CHRIS T O suam omnem gloriam
 derogantium æternos hostes, meritorum
 Filij D E I aduersus persuasionem impiam
 iniustitiae operum grauissimos assertores,
 Diabolici regni & omnium, quæ in hoc
 sunt abominationum euersores: denique
 ueritatis in uerbo D E I reuelatæ ad san-
 guinem usque, usq; ad ignem, ad gladios,
 ad dira exquisitaque tormenta propugna-
 tores, aliundè netu, quām à Spiritu sancto
 excitari censes potuisse? Negat Apostolus *1. Cor. 12.*
 esse quenquam, qui CHRISTVM Dominū *v. 3.*
 dicere posuit, nisi per Spiritum sanctum.
 Tu qui CHRIS TI maiestatem uoce, scri-
 ptis, ac solida ui Spiritus defendūt, ac ueri-
 tatem in ipsius Euangeliō patefactā in con-
 spectu totius mundi sanguine obsignant
 suo, à Spiritu S. excitatos esse, tibi non per-
 suadebis? At uerò nos dum ipsa, quæ sola
 uinci nequit; Veritas: pro illis felicibus a-
 nimabus

Non mora. nimabus & stet & loquatur, sitq; palam, do
mur condem etinam eorum piam, & cum fundamentis
nationē Pon Scripturę congruentem, atq; adeò illam i-
 tificiam. ipsam Scripturam, recte & absq; commētis
 traditionum interpretatā fuisse: si nescis, pi-
 li te non facimus bone Dalmata, & istius-
 modi censores aut potius rabulas Papales,
 qui efferatorum canum in morem, diuinos
 nostrarum Ecclesiarum Reformatores al-
 latrare non desistunt, ad coruos relega-
 mus.

13. 14.

11. Sed nunc quónam tu argumento, ex-
 traordinariam pastorum Ecclesiæ Refor-
Argumētum matæ uocationem impetas, atque euerte-
Iesuicūm re moliaris, uidendum, Proferte, inquis, mi-
contra uoca racula, quibus immediata uocatio uestro-
 tionem **Mi-** rum Antistitum comprobari possit: quan-
 nist. **Ecc. Re** doquidem omnes in Ecclesia extra ordinē
formatæ Ex- à D E O excitati miraculis testatam facere
traordinā uocationem suam, ut ipsis credatur, neces-
 riam. sari debent. Atque in hoc Argumento tra-
 ctando, exornandoq; adeò fuisti superbus
 & superfluens, ut quasi in latissimos Rhei-
 torum campos pleno cursu inuectus es-
 ses, atque effusus, perinde uisus sis ex-
 ultare.

Ego singula ordine assumā, & ad examen
 ueritatis reuocabo, illis tamen ludibrijs
 quo

quo ad fieri poterit, præteritis atq; contéptis, quæ tu dedita opera scurrari, & Episcopì tui auribus delitias facere uolés, per summam impudentiam & improbitatem in nos ingessisti.

12. Dicis ergo primum & ex Paulo ac Ieremias ipfisque Euangelistis sine aduersario probas, quod nunquam est à nobis negatum: neminem Sacramenti ullius ministrum, aut uerbi diuini prædicarorem uel pastorem Ecclesiæ nisi priùs legitimè uocatum ac missum, esse posse. Est ita: tecum M. P. sentio. Sed antequam progrediamur longius, illud abs te quærero, an eodem pacto probari possit extabulis diuini iuris: Episcopos tuos atque Prælatos, Monachos item uarij generis, ac sacrificulos, atque adeò uos ipsos etiam Iesuitas, legitimam uocationem ac missionem habere? Hoc inquam quærero, an quemadmodum constat solos legitimè uocatos ueros esse ministros, eodem modo uerum sit, uos legitimæ uocationis, esse participes, & ob id qui pro legia ad isthac disputanda satis idoneos. Immò uero, inquis, à Romano Pontifice uocationem ac missionem habemus. Audio. Sed unde Romanus Pontifex, quam & cuiusmodi habet? Certè non alia uocatio misericordie

Papistæ nul-
lam uoca-
tionem legis-
timam pro-
ferre possunt.

An dignisint
ad isthac
timæ uoca-
tione hiscere
debeant.

45 APOLOGIA PRO ECCLE-
sioue diuina ad Ecclesiam Pontifici uestro
totiq; eius satellitio attribui potest, quam
Esa.13.v.3. cuiusmodi in monumentis Prophetarum,
Ier.6.v.17. de uocandis ad regna peruastanta praeda-
toribus Dei in ira eius, & de mittendis ser-
pentibus ac Basiliscis, passim legimus. Na
qd' ad illa Scripturę uerba attinet, quae uos
ad Papalem uocationem probant acc-
cessere soletis: Tu es Petrus & super hanc
petram. Et illud: Oraui pro te, ne deficiat si
Papalis uo- des tua. Et: Pasce oues meas, ter repetitū:
cationis testi somnia sunt (ut quidem à uobis perpetam
monia. allegantur) ægrotantium Pontificiorum:
que ut aliquid ponderis olim habuerint a-
pud seclum prius, non tamen eadem fu-
tilitate qua à uobis proponuntur, admitti
ista iam ætate ab hominibus sani capit
solent.

13. Quare si compendium facere respon-
dendi uobis uellemus, de nostra uocatio-
ne controuersiam litemque mouentibus,
iure optimo unum illud dicere possemus:
Istam quæ uobis de uocatione nobiscum
est concertationem iniquissimè esse com-
M.Tull.Cic. paratam, quoniam quidē intolerabile est,
Verrina 1. ut summus orator ait, rationem uitæ alien-
næ reposcere eum, qui non possit reddere
10.11. suæ. Sed ne diuerticula querere uideamur,
exa-

examinanda sunt tua argumenta. Subiçis itaque: Lutherum, Caluinum, Bezan, & alias Vngariæ pestes nullam diuinitùs habere uocationem, nec immediatā, nec mediatam. Ac ius quidem immediatæ uocationis hoc nomine (ut paulò antè dixim⁹) illis adimis, quod signa miraculosa & prodigia, quibus cōfirmari extra ordinaria uocatio debeat, tibi requirenti proferre non possint.

14. Antequam respondemus, liber itidē *Miracula* quærere: Cūm tu eo tempore, quo per miracula homines doceri D E o fuit uisum, iā quirant Pon olim transacto, prodigia adhuc & miracula requiras, an non satis magnū sis ipse nobis prodigium? Nihil enim iniqui tibi à *De.Ciui.Dei* me fieri arbitror, dum ipsius Augustini uer *libr.22.cap.8.* bis iniquitatem ostédo postulationis tuæ. *S.*
Miraculorum sanè donum non ijs rātūm, qui extra ordinem sunt uocati, (ut tu somniare uideris) sed in omnibus ministris Ecclesiæ, quomodo cunq; tandem ad munus istud adhibitis, temporarium fuit. Durauit autem non ultrà, quām quoad D E v s illud uidit tēpestiū certis quibusdā psonis collatū, ædificationi Ecclesiæ, & cōfirmationi *Miraculorū* cœlestis doctrinæ posse inseruire, idq; ex sa *Charisma* piëti ipsius disp̄satione. Nam si miracula quale.

ut

48 APOLOGIA PRO ECCLE.

ut in se sunt consideres , propria certè & necessaria signa legitimæ uocationis , siue ordinatiæ , siue immediatæ , illa esse non

Augustinus Quæstione 83. Et lib. Defini Or thodoxæ fidei cap. 47. possunt: nisi uelis Pseudoptophetas etiam quorum plurimi claruerunt miraculis , ueram uocationem legitimāq; habuisse. Quo quidem nomine sapientissimè D E V S hoc nostro æuo Ecclesijs cauit , cùm Reformatores illarum miraculis talibus qualia urgent & flagitant Pontificij , destitutos esse uoluit. Si enim nunc illa peragerentur , in promptu istis nebulonibus esset , quod no-

2. Thess. 2. v. 9. bis regererent: Antichristum à Paulo prænunciatum cum potentia & signis ad efficiaciam erroris comparatis uenire debuisse: quod ipsum nos D E I beneficio (quandoquidem miraculis ad statuas & imagines reliquiasque Sanctorum , qui ab ipsis coluntur , edi solitis libenter & ambitiosè etiam gloriantur) cōtra ipsos torquere rectissimè possumus . Cùm præsertim egregie cognitum habeamus & meminerimus illud παράπλευτον Spiritus sancti ex lege , Deu
 „ ter. 13. Quum surrexerit in medio tui Propheta , uel somnians somnium , & dederit „ tibi signum & portētum , eueneritq; signū „ & portentum , quod loquutus est tibi , di „ xeritq; : Eamus post Deos alienos , (quos non

non nosti,) & colamus eos, non obedies
uerbis Prophetę illius, nec somniatori illi:
quia tentat I E H O V A D E V U e s t e r u o s , ut
sciat an diligatis I E H O V A M D E V U e s t r u
toto corde uestro & anima uestra. Hæc ad
uerbum Moses.

15. Hoc ergo in ista disputatione fixum
nobis esse debet aduersus præstigias Mo-
nachorum Iesuiticorum: miraculorum do-
num nisi permittatur sapienti dispœsatio-
ni eius, qui solus nouit temporum oppor-
tunitates, & hoc etiam, quando, quibusq;
æratibus uigere signa miraculosa debeant,
& quibus sit personis eorum exhibendo-
rum facultas attribuenda: neutram uoca-
tionem, nec immediatam, nec mediatam,
nec eius quæ per ministros utrocumq; mo-
do uocatos annuntiatur, doctrinæ uerita-
tem, cōfirmare posse. Exemplo sint C H R I - *Miracula nō*
s t i miracula ab ipso edita, plena uirtutis, *nisi Deo fid-*
plena maiestatis: quæ cùm inquieti Iudæi pienter dis-
tantoperè flagitarent, tanie quid illis pro- *pensante ef-*
fecerint ad fidem & ad pietatem, tum est
declaratum, cum C H R I S T O in terris eden-
te miracula, quasi ea meritò eludenda &
minimi facienda essent, è cœlo signum pe-
tebant: contrà uerò cum è cœlo signum e- *Luc. 11.*
deretur miraculosa uoce isthinc delapsa *v. 19.*

D quæ

*Ioann. 12.
v. 26.* quæ dē CHRISTO testificaretur, tonitru eſſe excitatum, impudentiſſimè nugabantur. En uobis Iesuitæ, quid & quantum miracula ad legitimam uocationem declarandam conferant. Sed quæſierit non iniuria quispiam: Omnia ne omnino miracula abdicent Ecclesiæ nostræ, cùm ab earum pastoribus negatur miraculis amplius opus eſſe ad doctrinæ uocationisq; confirmationem.

*Miracula a:
lia ſunt ſubi:
ta & brevia,
alia diutur:
na ſeu quaſi
producia.* Respōdemus autem: quod de ceflatione & abrogatione miraculorum à nobis dicitur, id de ijs D E I operibus admirandis, quæ confeſtim ut facta ſunt nullo temporis traktu in ſenſu quaſi ſe ingerūt, animumq; non nullo tum ſlupore tū etiam meru percellunt, eſſe accipiendo.

Subitæ quidem & inuiftatæ ac præternaturales operationes, quales fuerunt reſuſcitations mortuorum, extemporales (ut ita dicamus) morborum diriſiſimorum ad C H R I S T I inuocatum nomen curatio-nes, & conſimiles aliæ, nunc quidem nulla præcipua neceſſitate requiruntur. Proinde quòd Dominus interdum noſtro etiam ſeculo aut in terris prodigia exhibet, aut in aëre aut in ipliſ cœlis denique, (cuius ge-neris ac notæ anno M. D. L X X I I. ſtellam nouam ingentis magnitudinis & splendo-
ris

ris in hemisphaerio ipsius regionis æthereæ septentrionali uniuersus propè orbis habitatus amplius tres menses cōspexit:) Id uero non tam ad confirmationem do-

ctrinæ Christianæ, quām ad homines de
breui intervallo aduentus nouissimi Iudi- Qualibet miraculis Re
cis commonefaciendos meritò pertinere formatae Fe
dicimus. Et tamen omnipotens ille rerum cœlestiæ gloriæ
Author, qui in omnibus operibus suis est tur.

mirabilis, non omittit in doctrina etiā Ec-
clesiæ propaganda, in flectendis ad Euah-
gelij obsequium hominum mentibus quā-
tuilibet rigida ceruice præditorum, po-
stremò in omni potestate aduersaria, quæ
ueritatis progressum impestitura uideba-
tur, debellanda, singularia quædam &
maximorum miraculorum loco ducen-
da diuinæ suæ uirtutis documenta exhi-
bere.

Sint itaq; hodie nobis, (ne te bone Suits
Sabariensis ulterius tam grauem patiamur
exactorem) signorum intar & prodigiorum,
stupendæ illæ prædicationis uerbi
diuini effectiones, quæ in hominibus reno-
uandis, & perinde quasi de integro crea-
rentur, CHRISTO lucrificiendis claris-
simè conspiuntur. Quid enim? Nónne
uidemus ad primam de CHRISTO & eius

§ 2 APOLOGIA PRO ECCLE.

beneficijs institutionem alios prophanis
superstitionibus abdicatis dataq; D E O glo-
ria ad Ecclesiæ consortium se aggregare?
Alios qui blasphemari prius erant & perui-
caces, nihilq; nec fraudis, nec sauitiæ dum
ueritatis oppressionem magna ui moliren-
tur prætermittebāt, cæca obstinatione ab-
iecta quasi manus dantes mitescere? Non-
nullos è summa rerum ad salutem attinen-
tium ignoratione uelut è crassissimis tene-
bris ad cognitionem & lucem clarissimā
doctrinæ cœlestis & salutiferæ peruenire?
Denique plurimos ex idolatriæ fece, ex
uitæ contaminatissimæ detestandis fordi-
bus, ex tenebricosarum libidinum uoragi-
ne emergentes ad Christianam sanctimo-
niam & melioris uitæ institutum sese con-
uerrere? Posse autem uel debere etiam me-
ritò uitæ renouaræ innocentiam morum
que integratatem miraculorum loco cense-
ri in Ecclesijs nostris, facile admiserit, quis-
quis unicum illum præclarissimum sanè
Chrysostomi locum ex commentarijs in
Matthæum sibi expendendum proposue-
rit. Citanit illum nuper in hoc ipso argu-
mento uersans doctissimus nostri tempo-
ris Philosophus idemq; Theologus acutis-
simus: cuius uirilaudes et si isto quidem lo-
co si-

Ant. Sadeel.

eo silentio potius honorandas quam infir-
mo sermone, ut Hieronymus alicubi loqui Lib. 3. Ep.
tur, celebrandas mihi esse statuo: tamen u- 30.

num istud quod de illo sentio dissimulare
non possum: esse nimurum tanti ingenij ho-
minem, tam perspicacem, tam acri iudicio,
tanta eloquentia & falsa deprehendendi
ac refutandi dexteritate prædictum, in eum
finem à Domino nostris temporibus exci-
ratum, ut uerè gloriari posset CHRISTI Ec- Sadeel nos-
clesia, ualidissimum se & admirabilis effi- stro aeu Mal-
cientiæ malleum habere, quo Iesuitæ cum leus Iesuitis
suis artibus diabolicis & ueteratoria So- infestus.

phistica conterantur: quemadmodum è di-
uerso nonnulli ex Papæ emissarijs hæreti-
corum mallei olim non minus falso quam
in eptè uocitabantur. Sed nunc Chrysosto- In Matth. ho-
mi uerba uideamus. Si (inquit) ex auaritia mil. 33.
in liberalitatem transieris, siccum & man- "
cam manum recuperasti. Si theatricalibus lu- "
dis spretis relictisq; cœtus Ecclesiasticos "
petieris, claudicanti pedi in columitatē re- "
stituisti. Si oculos tuos ab aliena forma, &
à meretricio aspectu reuocaueris, cæcum "
te illuminasti. Si diabolicos cantus despe- "
xeris & eorum loco spirituales Psalmos di- "
ciceris iam loqueris tum antea mutus es- "
ses. Hæc sunt maxima miracula, hæc signa "

,, eximia, quæ si faciemus præclari erimus &
,, illustres, & uitam æternam consequemur.
,, Hæc Cyprianus.

Rectissime autem ille ipse nostri temporeis Scriptor & Disputator eximus atque singularis, miraculis nostris accenseri affirmat & demonstrat etiam oportere, inæstimabile beneficium restauratæ ueræ & orthodoxæ religionis Christianæ, euerisque regni Papalis Antichristiani, quod ipse Dominus magnis potentissimorum Monarcharum tūm fauoribus tūm viribus subnixum, incredibilibus autem copijs ad tuendam in mundo autoritatem suam ex hypocrisi collectam, undecunque instructum, summis præterea opibus ac prætidijs circumseptum, non alia ratione quam infirmis usus medijs, aliquot homunculorum ex ipsis Satanæ ergastulis extractorum uoce, charta, calamo, sanguine, labefecit & disturbauit. Qua de re plura ille piè ac pereruditè differit, in libro de legitima Vocatione Pastorum Ecclesiæ Reformatae, quem de omnibus qui de controuerchia nō solùm Miraculorum, sed etiam legitimæ successionis, Ordinationis & aliarum huc pertinientium rerum pleniùs ac uberiùs erudiri uolunt, maximopere etiam arque etiam

etiam commendo. Et hæc dicta sint de no-
stris miraculis, quæ plura sunt quam Pon-
tificij uellent, undique miraculis diuinæ
uirtutis ipsos urgentibus circumclusi &
obfessi, interea uero extera & subito ap-
parentia, certisque temporibus peculiaria
miracula fruſtrâ & improbè requirentes.
Non enim ignorare possunt quid de hoc
miraculorum genere olim scripſerit Augu-
ſtinus, cuius hæc uerba in lib. de uera Relig.
leguntur: Sed accepimus maiores no-
ſtos eo gradu quo à temporalibus ad æter-
na concenditur, uisibilia miracula, (non
enim aliter potuerunt) fecutos esse: per
quos id actum est, ut necessaria non effent
posteris. Cùm enim Ecclesia catholica per
totum orbem diffusa atque fundata sit, nec
miracula illa in nostra tempora durare
permissa sunt, ne animus semper uisibilia
quæreret, & eorum consuetudine frige-
ſceret genus humanum quorum nouitate
flagravit. Hæc ille. Et lānæ opera pre-
ciūm est, ut ad propositum reuertamur, abſ-
te Dalmata iſto loco quærere: Ecquonam
Scripturæ testimonio iſta nota extero-
rum miraculorum quam contendis ad le-
gitimam uocationem immediatam neceſ-
ſariò accedere oportere, probari à uobis

D 4 possit.

56 APOLOGIA PRO ECCLES.
possit. Nam quæ quidem in oratione ista
Sabariensi affers ad id probandum quod
affirmas eiusmodi sunt, quæ uel ab idiota
quopiam audiendis nostrorum concioni-

Refuta ntur
Arg. Ponti-
ficiorū de
Miraculorū
necessitate.

13. reà C H R I S T I & Apostolorum. Ex quibus
concludis omnes extra ordinem à D E O
missos miracula edidisse.

1. *Ab exem-*
plis. Atqui nos non exempla, sed regulam le-
gemq; requirimus: quā tu dum ex diuinis
literis afferre nullam potes, pauculis exé-
plis citatis uniuersum quiddam cōcludis,
atque hoc modo non Ecclesiarum nostra-
rū doctores nulla uocatione, sed te ipsum
nulla præceptionum Dialecticarum cogni-
tione esse præditum euidenter ostendis.
Quòd si regulam non proferebas, sufficien-
tem saltem enumerationem exemplorum
ad perfectam inductionem conficiendam
prætermittere minimè debebas. Nam i[n]ta-

Prior Ana- 107n, (inquit Aristoteles) dicitur πάντα πρόστιμα. Atq; nos
lyt.lib. 2, ca. quidem de Mose, Helia, C H R I S T O , Apo-
16. stolis & multis alijs tibi concedimus, extra-
ordinariam eorum uocationem miraculis
fuisse

fuisse testatam: de omnibus autem, qui e-
iusdē uocationis participes fuerunt iā in-
de ab initio, idem sentiendum esse perne-
gamus, cūm exempla multa dissimilia re-
periantur. Quid enim? An de Abdia, Mi-
chea, Nahum, alijs s̄q; multis, qui tamen cer-
tissimi fuerunt Prophetæ, & quorum scri-
pta maximo & inæstimabili Ecclesiæ bo-
no leguntur, ullas miraculosè factorum hi-
storias Marcus pater legere unquam po-
tuit? Nullas profectò, ut nostra quidem fert
opinio, nisi forte ipse tantus Iesuita, ex ab-
dito quopiam ac tenebricoso Vaticanæ bi-
bliothecæ angulo puluerulentas aliquas
Sanctorum Veteris Testamenti Legendas
suis Monachis in lucem produxerit.

Idem dicimus de centum illis Prophe-
tis, tempore Achab & Iezabel ab Aulico il-
lo pio homine secreto, in loco abstrusis &
conseruatis, quorum ne unus quidem repe-
riebatur, qui feruente persecutione & abo-
lito propemodum diuino cultu ad populi
animos aut ab idololatria reuocandos, aut
in uera religione confirmandos è latebris
prorepens miracula ederet. Quid de cæte-
ris miraculorum dono carentibus Prophe-
tis dicam? Celebris est memoria eorum in
Ecclesia, quorum Psalmi inter Davidicos desinuti.

D 5 legun-

*Ad 1. Argu.
Iesuitarum.
iuxta.*

1. Reg. 18. v.

13.

*Prophetæ
Psalmis editis
nis celebres,
miraculis
desinuti.*

58 APOLOGIA PRO ECCLE.

*2. Paral.**22. v. 30.**Ioan. 10. v.**35. ex Psal.**82. v. 6.**Ad Graecas**Calendas.*

leguntur, in quibus princeps nominatur Alaph, cuius Psalmis perinde ut Davidis, Rex Ezechias multis post annis DEVM Iudari iussit. Et tanta huius authoritas fuit, ut ipse CHRISTVS sermonem Dei per hunc ad principes esse factum dicat. Hunc conse-
quentur Ethan, Iedithun, Heman, Core & filii huius. Hi omnes nulla ediderunt miracula, Prophetae cum essent: aut si qua edide-
runt, ex Marco patre, opinor, audiemus.

16. Sed nos ita sentimus: quia hi om-
nes puram doctrinam in cæterorum Pro-
phetarum, qui miraculis claruerunt, libris
comprehensam annunciarunt, miracula cæ-
terorum Prophetarum hoc doni genere
præditorum istis attributa & quasi impu-
tata esse. Quod cum ita sit pari iure & nos,
quemadmodum illi, ad nostræ vocatio-
nis confirmationem, CHRISTI Aposto-
lorumq; miracula, nobis ipsis tanquam pro-
pria, (si tamen per hunc Dalmatam licebit)
uendicabimus: cum ista ætate professores
ueræ doctrinæ tam mediatè quam imme-
diatè excitatos miraculis destitutos Dei
esse uoluerit, etiam si doctrina sit eadem
quæ olim cum idoneum disponente Deo
tempus fuit, miraculis est confirmata, per
eos pariter qui mediatè, & qui immediatè
vocati

uocati essent. Et hæc quidem ad primam probationem tuam.

17. Dicis secundò miraculis ad extraordi- 11. Arg. à fi-
nariam uocationem comprobādam id- ne miraculo
circò opus esse, ut uocatio & illi sit certa, rum.
qui mittitur, & ijs ad quos mittitur: ne aut 14.
ille ancipiti animo hæreat, aut iſli ambi-
gant, num ab eis sit audiendus. Peregre. Responsio.
giam sanè argumentationem. Quasi ue-
rò nullæ rationes internoscendi legitimas
uocationes sint extra eam, quæ in miracu-
lis consistit, aut quasi una hæc omnium
sit certissima summeque necessaria, quod
longè esse aliter iam est à nobis ostensum.
Ioannes certè Apostolus, quamuis iphus *Vera norma*
seculo donum miraculorum uigeret, non spirituum
tamen hæc nobis normam spirituum pio, probando-
bandorum an ex D E O sint, nec ne, sed aꝝ rum nō sunt
liam multò certiorem præscribit. Per hoc *miracula*.
(inquit) cognoscite Spiritum D e i: Om-
nis Spiritus qui constitetur I e s v m C h r i s t u s. Ioann. 4.
s t v m uenisse in carne, ex D E O est. Qui- v. 2.
bus ex uerbis poterit si uidebitur Dalmatia
noster condiscere, certam legitime uoca-
tionis extraordinariæ (quatenus quidē ea
sub iudicium Ecclesiæ cadere potest) no-
tam esse, ueram & sinceram doctrinæ de
Filio D e i professionē, & nō miraculorum
eden-

60 APOLOGIA PRO ECCLE.

1. Tim. 3. edendorum facultatem. Et Paulus semel
Tit. i. atque iterum notas enumerans uerorum
 Episcoporum, de miraculis tacer, quamuis
 illa ætate in utrisque, ordinario modo si-
 mul & extra ordinem uocatis, durabat fa-
 cultas miraculorum.

18. Sed adhuc probas idem tuæ disputa-
 tionis firmamentum ex C H R I S T I uerbis,
III. Argum. ad Iudeos: Si opera non fecissem inter eos,
Ab authori: quæ nemo aliis fecit, peccatum non ha-
 tate Christi. berent. Vnde illud elicis: Iudeos remotis
Ioan. 15. miraculis à C H R I S T O criminè purgari,

19. quandoquidem ille nisi miraculis doctri-
 nam stabiliuisset suam, ad credendum sibi
 neminem erat obligaturus. Et hanc uim
 uerborum C H R I S T I Lutherum satis pro
 imperio iubes etiam atque etiam perpen-
 dere, in eum finem, ut agnoscere & fateri
 cogatur, insana capita & funera Reipubli-
 cæ Christianæ esse Jesuitis pronuncianti-
 bus omnes eos, qui sua dogmata importu-
 na nullo edito miraculo pro diuinis recipi
Responsio. uelint. Respondemus sententiam illam
 quam perpendi iubes, non uim uerborum
 C H R I S T I esse, sed uanitatem speculationis
 tuæ. Quid enim absurdius dici potest, quā
 C H R I S T U M non obligare ad credendum
 sibi, nisi eos, inter quos miracula fecit? At-
 qui

qui hoc sequi ex præclara ista ratiocinatio-
ne tua nemo non uidet. Sed non animad- *Errorit Ies-*
uertisti scilicet sæpenumerò in Scripturis *suitici origo*
eas locutiones, quæ simplicem negationē & contra
habent non tām negare, quām collatione *hunc obser-*
facta cum alijs id ipsum de quo est oratio uatio.
instituta, quodam pacto extenuare. Quòd
nisi istam obseruationē amplectaris, quo-
modo hæc dicta explices, equidem studeo
cognoscere. Adam non est deceptus, sed *i. Timot. 2.*
mulier seducta rea peccati est facta. *Miseri-* *v. 14.*
cordiā uolo, & non sacrificiū. Et apud Ioā- *Oſcæ 6.*
nem: Laborate, nō pro cibo qui perit, sed q *Mauth. 9.*
permanet in uitā æternam. Item: Nō roga- *Ioan. 6.*
turus sum Patrem pro uobis: & sexcenta a- *v. 27.*
lia. Non ergo ea est uis uerborum *CHRISTI,* *Ioan. 16.*
quam tu finxisti: non peccaturos suis-
se Iudæos, si miracula *CHRISTI*: non uidis-
sent, atque ideò in ipsum non credidissent.
Alioqui enim nec Herodes peccatum ha-
beret cum omni sua aula, qui cùm signum
aliquid *CHRISTO* exhibente se uisurum
speraret, nec quicquam non modò signi,
sed ne responsi quidem obtineret, contu-
melijs & ludibrijs affectum eum Pilato re-
misit: nec haberent peccatum innumerī a-
lij, qui docētem ipsum audiuerunt, & qui-
dem ita ut mentes eorum percellerentur
super

[†] super doctrina eius, miracula autem nulla uiderunt.

Non præterit me hūc locū à doctissimis quibusdā in- terpretib. per schema quod Mimesin uo- cant exponi: peccatum nō haberet: hoc est, diuītarēt apud Dei tri bunal nihil pera admiranda fecit. Vnde tamen non (suo quidem consequitur, quia grauius peccant obstina ipsorum iu- dicio) se pec- pareat ex u- traque, hoc testimonium ualde osci- tanter Iesui- tam citauis- se. Vide Theod. Bezan optimè de Ecclesia meritum Doctorem, quem rabiosus iste Pater fide lacerat, In Ioann. Annot. cap. 15. v. 22.

19. At nos iam diligenter, & magis dexterè quam tu, eam uim quæ in uerbis CHRISTI inest, ex analogia Scripturæ perpendamus. Sicut Adam non peccauit, nec deceptus est, quia & minus aliquanto & posterius, & fortasse tolerabilius peccauit quam Eua: t̄ sic Iudæi non uisis signis ac miraculis CHRISTI, non haberent peccatum, id est, minus peccarent, & leuius subirent iudicium, quam iij inter quos CHRISTVS o- serunt, nihil peccasse. Quod si & illi pec- carunt, peccas tu etiam fatue Pater atque insulse,* & quidem si minus contumaciter quam Iudæi miraculorū spectatores, haud parum tamen sceleratè, qui neges nostra dogmata ex diuinis literis & sancto Do- mini nostri IESU CHRISTI Euangeli deprompta sine miraculis credi oportere.

* Sceleratum Iesuitarum postulatum de miraculis.

Nec

Nec uero temerè hoc dico, peccato huic tuo scelus inesse, quod tute fatearis necesse est, nisi expungere ex Euangelio Mat- Matth. 12. et thæi malis hæc C H R I S T uerba: Natio sce- 16.
lerata & adulterina signum requirit. Vides igitur Marce pater in quantum crimen incurreris ipse, dum Iudæos tuos, adulterinā nationem crimine purgare, ex C H R I S T i uerbis cōtra C H R I S T mentem uoluisti.

20. Sed illud perquam commodè abs te dictum est, nostra dogmata impia esse & importuna. De impietate, quam nostris Orthodoxy dogmatibus impingis, nihil aliud dicam, rū doctrina Pōtificij impia & importuna. quam te impiè calumniari, cùm non alio nomine doctrinam nostram impietatis accuses, quam quodd miraculis superuacuis non confirmetur amplius, satis superque olim confirmata. Importunitatem autem eorundem dogmatum nostrorū non prorsus nullam esse intelligimus, & minorem ista in uoce abs te nobis fieri iniuriam, haud grauatum agnoscimus. Est enim certè nostrum Euangelium uobis importunum, utpote quodd traditiones uestras impias, superstitiones, dominatū tyrannicū, quietē, ocium, uoluptates, luxū, libidines tam subitò inturbauerit, & quasi in medio cursu interceperit. Voluissetis enim certè uos

64 APOLOGIA PRO ECCLE.

uos diutiūs D E O & hominibus illudere.
 Sed dogmata nostra ueluti lumine locis
 tenebrolis illato, (parūm sanè opportūne
 ut uobis uidetur,) fraudes uestras & turpi-
 tudines omnium mortalium oculis spe-
 etandas subiecerunt. Non alia ratione ui-
 delicet CHRISTVS quondam importunus
 Diabolis fuit, qui illum ad se uexandos im-
 Matth. 8. v. portunè & ante tempus, siue adeò rēpore
 29.

16. 10. 21. Quapropter tu, qui tā tragicè seu po-
 tiūs Cēaurice frustra in nos exclamas: O'
 insana capita, ô pestes, ô funera Reipublicæ
 Christianæ: te ipsum prorsus uacui capitum
 esse demonstras, ut qui etiam funera Rei-
 publicæ Christianæ appelles eos, qui fun-
 damenta iecerunt nostrarum Ecclesiæ.

*Funera et pe-
 stes papistarū
 Orthodoxi
 quomodo.* Funera quidem certè fuerunt Christianæ
 Reipublicæ, quatenus illorum pleriq; ue-
 stra opera sunt excarnificati, & ueram Ec-
 clesiæ doctrinam suo sanguine pro C H R I-
 S T I nomine profuso confirmarunt. Fun-
 era & hodie sunt illorum successores, quos
 tui Pontifices, quantum in ipsis est, mactat
 passim & occidunt: & ij, quos occidere nō
 possunt, tamen funera sunt, moriētes quo-
 tidie, hoc est, semper ad mortem pro causa
 ueritatis obeundam parati. Sed si idem uer-
 bum

bum Paulo aliter accipias: hoc est, de ijs,
qui strages & funera edunt corporum si-
mul & animarum: uos certè estis funera, &
in primis Pontifices uestri, quibus impunè
uobis administris licet & in corpora uitāq;
hominum grassari, & absq; rationis reddi-
tione plenos currus animarum ad tartara
quotidiè detrudere, ita ut nemini inteo-
gare liceat, his uerbis: Cur ita facis?

Canon. Si
Papa Dijt.
4°.

22. Est autem & illa futilis admodum ac
ridicula calumnia, quòd suprà Caluinum
& Bezam pestes etiam Vngariae uocas, qui
nunquam Vngariam uiderunt. Tametsi Constituti
quod ad hoc ipsorum abs te excogitatum Iesuiti cū p-
elogium attinet, (quandoquidem est quæ-sies Vngar-
dam Hieronymo teste, etiam honorifica cō-ria: quemo-
tumelia) subscribimus tibi non inviti ha-do inter gē-
ctenus, ut admittamus non Caluinum qui-dum.
dem & Bezam, sed tamē C H R I S T U M , per
Spiritum suum, in Caluino & Beza, atq; e-
tiā in nobis horum discipulis (dicendum
enim est quo acriùs Iesuitas mordeat no-
stra in Domino gloriatio) esse pestem in
Vngaria portæ inferorum, & regni Anti-
christiani, id quod tacentibus nobis ipsa-
res indicat, & Pontificij (quorum copiæ
his in regionibus ac sic accisiæ iam sunt, ut
non immerito ad Triarios Iesuitas redijs-

Parisi 1. B.
pif. 2. ad
Paramar. I.
& Oceani.

E se ui-

66 APOLOGIA PRO ECCL.
se uideantur,) fateri necesse habent.

III. Arg. à 23. Vrges præterea nos etiam simili quo-
Simili. dam à Regum & Principum huius seculi le-
gatis sumpto : qui nisi cum euidenti suæ
missionis testimonio atque sigillo missi
sint, non solùm floccipenduntur, uerum e-
tiam malè mulctantur. Quòd si res huma-
nas nisi accedente solidâ probatione cre-
dere nemo cogitur, intolerabile esse uoci-
feraris, quod nos Dei consilio & mandato
uocationem nostram niti nullo miraculo
Claud⁹ canis producto & ne clando quidem cane un-
à Iesuitis ob: quam à nobis sanato , affirmemus . Mihi
iccl⁹. uero similitudo non displiceret à Regum &

Responsio. Principum legatis ducta . Sed quæro il-
lud ex te Iesuita , pater patrare populi Ro-
mani Quiritium : ecquænam alia euiden-
tia testimonia missionis suæ ab his legatis
tu efflagitabis , quæm literas uoluntatis
Dominorum à quibus missi sunt , testes ,
& sigilla impressa , quibus hæ literæ , ut au-
thenticæ haberri possint , muniuntur & con-
firmantur ? Nam non te arbitror usque ed

Quæstio- insanire , ut extra hæc testimonia , quæ à
monia legati suspicione wæpæpæobæs : hoc est , ementitæ
exhibere te- legationis legatos Principum huius secu-
neantur . li uendicant , aliqua etiam prodigia & mi-
raculosa facta ab ijsdem exigenda esse sen-
tias :

clas: cùm ne à legatis quidem sedis Ro- *Extra uag.*
 manæ iura uestra præter hæc duo requi- *comm.lib. 1.*
 rant. Quòd si & à nostris Pastoribus seu me *De Elect.*
 diatè seu immediatè missis hæc duo signa *In iunctæ fol.*
 exageris, proferentur ea tibi optima fide: *2. Col. 1.*
 Scripturæ primum Sacræ, continentes le-
 gationem de pacificatione cum D e o, & *Testimonia*
 salute æterna hominibus propter C H R I- *legationismi*
 S T V M donanda. Deinde Symbola seu Sa- *nistrorum*
 cramenta, promissiones gratiæ D e i instar
 sigillorum, ex ipsis C H R I S T I institutione *Eccl. Refors*
 confirmantia. Sin autem tibi his testimo- *mata.*
 nijs non contento placuerit ad hunc mo-
 dum aduersum nos argumentari: Exigun-
 tur à legatis Principum huius seculi testi-
 monia literarum & sigillorum: Ergo & à
 uestris doctoribus exigenda sunt testimo- *Claudia argu*
 nia miraculorum: Tum ego dicam & si- *mentatio mi*
 militudinem & argumentationem tuam *raculosa Ies*
 claudicare, uelut olim Romæ claudica- *suitæ sanati*
 bant canes Capitolini, quibus quòd præ- *tione india*
 ter necessitatem allatrasserent eos, qui clara *gens.*
 luce Deos salutatum uenissent, crura, ut Ci *Oratione*
 cero scribit, suffringebantur. In qua qui- *pro S. Rose.*
 dem clauda seu similitudine seu argumen- *Amer.*
 ratione tua sananda censeo te occupari
 potius oportere, quàm in ista tanta mira-
 culorum edendorum impotéria nobis ob-

E 2 iectanda,

68 APOLOGIA PRO ECCLE.

iectanda, quod ne claudum quidem canem

Cur claudio- unquam à nobis sanatum possimus produ-
rum canum cere. Nam ad nos quidem quod attinet,
miraculosi claudos canes sanandos relinquimus ue-
sanatores stris sanctulis, quos religiosa & deuota an-
Ref. Eccles. tiquitas monastica diuersos diuersis mor-
ministri esse borum generibus medendis & brutis etiā
nolint. animatibus, domesticis pariter ac feris, cu-
stodiendis atque curandis præfecit: nec tā-
tum nobis permittimus, ut impunè nos la-

turos speremus, si claudis canibus sanādis

Eustochius uenationum præses & ca- Eustochij uestri, quem uenatores Papistæ
num pauro- inuocant, munus inuadere, & eius irā pro-
muis. uocare non ueriti fuerimus. Nisi fortasse
Hubertus mauultis ad Hubertum cum claudis cani-
Eustachij collega in ca- bus remitti, quem inter scyphos & perpo-
nibus curan- tationes nocturnas insanis clamoribus, ad
dis. rabidos caninorum latrarium sonos atte-
peratis conformatisq;, à proceribus auli-
& implorari, Scriptor celebris affirmat Le-

uinus Lemnius.

24. Neque tamen uidetur isto loco præ-
De Occult. termittendum illepidum istud de claudio
Nat. Mirac. cane dipterium & infacetiam, inuitis om-
lib. 3. c. 8. nibus Gratijs excogitatam haudquaquam
 ex declamatoris istius Sabariensis, qui tūc
 temporis auditorum suorum patientia ab-
 uti

uti pro delectamento habuit ingenio prouenisse. Usus fuit ante hunc eodem ferè iocandi genere Stanislaus Hosius Episcopus *Hosius Epis.* Polonicus: qui ne claudum quidem equū à *Varmiensis* Luther & discipulis huius esse sanatū scri *Lib. de tra-* psit. Consultò equum duntaxat hic pater, *dit. Cap. 95.* qui nec ultrò bonus esse uellet, nec etiam *pag. 198.* improbus cum grauitate, in canem, Iesuitica metamorphosi commutauit, non eò so- lūm: quia ne Hosij simius uideretur, cauen- dum erat, uerum etiam, quia hoc euidenti- indicio testari uoluit, Iesuitas, recens Mo- *Iesuītarum* nachorum genus, qui cornicū oculos cō *acumen in* fixisse uideri uolentes reliquam Monacho *claudio cane* rum turbam p̄ se contemnunt, & pro ster *obijciendo.* quilinio ducent, tantum p̄estare inueniē- di argutia Sophistis superiorum tempo- rum, quantum canes equis generofitate antecellunt.

25. Sed ut claudis equis canibusq; quos Pontificij pro canina sua facundia nobis obijciunt ualere iussis, ad tua Marce pater Sophismata reuertamur: tandem illud etiam obijcis. Si nostri illi primi doctores, quos hæreticos nominas, ab ipsomet Domino sunt uocati, cur non hac missione gloriens? Cur non similiter faciant ac Prophetę? Qui his uerbis consueuerunt in sui cōmen- *Obiectio:*
Curnon glo-
rientur no-
ftri instar
Prophetarū.

20.

70 APOLOGIA PRO ECCL.
dationem uti: Hæc dicit Dominus. Et
pertè designant locum ac modum, quo ui-
sus sit eis D B v s, & etiam significant quid
dixerit: cuius simile quiddam etiam Pau-
lus fecit Galat. i. Ne autem parùm probabi-
liter dixisse uidearis nostros ista gloriatio-

Lib. 4. ca. 3. ne non fuisse usos, Calvini & Luther te-
Inst. Sect. stimonia producis. Respondemus nihil
20. 11. 14. minùs nostris prohibitum esse, quām tā-
Lutherus E- li missione gloriari, & illa uerba usurpa-
pist de Angu- re: Hæc dicit Dominus: quoties secundum
lar. Concio- Scripturas Propheticas & Apostolicas lo-
nat. quuntur. Immò cum nostri hoc tempo-
re D e i uoluntatem annunciant, & scele-
An Reform. ra quidem hominum ac impietatem de-
Eccl. Mini- testantur, afflictos autem promissionibus
stri gloriari gratiæ D e i consolantur atque subleuant,
posint dicē- siue ordinaria uia, siue extra ordinem mil-
tes: Hæc dis- si sint, tutiùs atque certius (quod quidem
cit Dominus. ad homines attinet) quam Prophetæ ue-
teres & Apostoli illis uocibus uti possunt
Nam depromuntur illæ ex eorum Pro-
phetarum Apostolorumque libris, quibus
aut miracula fuerunt concessa, aut reuelati-
ones factæ, aut euentus prædictis re-
sponderunt: ita ut illi nobis confirmati-
fima suæ doctrinæ monimenta reliquerint:
quæ ipsorum ætate à plurimis in dubium
vocabantur.

Quod

Quod uero extra limites à Prophetis *Reuelatio-*
 & Apostolis definitos non gloriantur no- *nibus et scri-*
stri sic loquentes: Hæc dicit Dominus: piis authen-
Et nec locum etiam ac modum designant tics nouis
quo D e v s i p s i s s i t u i s u s , e d s i t , q u i a a b h o d i e E c c l e
illis ueteribus satis clarè omnia ad cognoscendam D e u o l u n t a t e m p e r t i n e n t i a t e s t .
sunt perscripta Spiritus sancti impulsu:
quæ & reuelationibus ac miraculis D e v s
uoluit confirmari, ita ut nec nouis scrip-
tionibus Catholicis & authenticis, nec
reuelationibus ac miraculis hodie opus sit
amplius.

*A' Deo mis-
sos immedi-
tè non nece-
se est semper
nouas affer-
re reuelatio-
nes.*

Intereà uero nihil obstat, quominus ni-
 hil quicquam à se proferentes, nec nouas
 reuelationes iactates, sed ueteres per Pro-
 phetas, CHRISTVM & Apostolos factas fir-
 missimè retinētes, & ut alij retineat, quod
 in ipsis est, procurantes ab ipso Domino
 missi dicantur.

*Caluinus
quemadmo-
dum uoca-
tus.*

Videte Iesu

26. Ad Caluini testimonium quod attinge-
 net, est illud quidem uerum, Caluinū non uini ab opte-
 sentire se immediatè à D e o uocatum esse. mo filio eius.
 Est enim per homines uocatus, qui Presby- dem descri-
 terium: hoc est, Pastorum collegium in Ec- ptā. Gestum
 clesia Genevensi constituebant, qui præe- hoc est An-
 rāt eo tempore Vilelmus Farellus & Petrus no D. 1536.
 Viretus, docti uiri, & à Papalib. supersticio- Mense Aug.

72 APOLOGIA PRO ECCLE-
nibus iampridem alienissimi. Quid ergo
aliud de sua uocatione sentire potuit? Nec
tamen idcirco uocationes extraordinarias
negat Caluinus, cum se uia & modo ordi-
nario esse uocatum concedit. Nam eius-
dem libri quarti, quem tu citasti cap. 3. sect.

D'stinclio
Calvini inter
solēnem seu
externam &
inter arcana
uocationem.
ii. distinguit inter solennem atq; externā,
quæ ad publicum Ecclesiæ ordinem spe-
ctat, uocationem, & inter arcanam illam,
cuius sibi quisq; Minister coram D E O cō-
scius est, & quæ Ecclesiam testem non ha-
bet. Quibus ex uerbis haud dubiè colligi-
tur Caluinum sentire, eos qui ante ipsum
solenni & externa uocatione caruerunt, &
tamen ueram doctrinam Euangeliū prædi-
carūt, arcana & extraordinaria ratione fuis-
se excitaros.

Lutheri uos
catio mixta.
22. Anabaptistis nouas reuelationes extra
uerbum iactantibus. Hos ut refutaret, se i-
psum pro exemplo statuit, & quamvis im-
mediatè etiam esset à D E O excitatus, ta-
men negat se immediata duntaxat uoca-
tione ministri: & rectè quidem, cum saepenume
am Eccles. rò accidat, ut in iisdem personis certissime
non infre notæ ordinariæ simul & extraordinariæ
uocationis adsint, quod in Matthia, in Pau-
lo, in

Io, in Barnabba apparuit, in quorum uocatione arcanum DEI decretum, & Ecclesiæ censura concurrerunt.

*Aet. I. v. 23.**Aet. 13. v. 2.*

Ne autem Lutherò id usu uenisse neges, & alterutram, non ambas uocationes illi attribuendas esse calumnieris, attende ipsius historiam, Pontificijs non periucundam, quam ego paucis hīc perstringam.

Postquam enim ille Augustinianæ sectæ *In Vita Leo fraterculus*, ut Iouij uestrī uerbis utamur, è *nū X. pagin.* claustris aut lustris potiùs Papisticis, DEO 194 *Besitz* cor ipsius exsticulante, & zelo gloriae Filij *lien. edit.* sui magis magisq; accedēte emerit: simul *Immediata* ac primùm illum inuicti animi uirum, & in *Luth. uocat.* defendenda ueritate admirabili & diuina *uo.* quadam fortitudine, constantiaq; præditum esse omnibus constitit, ad puritatem doctrinæ restituendam, & ad Papatum e- uertendū uocatus etiam per homines fuit.

Per quos uero homines? Per Magistratus *Ordinaria* & principes, non solùm nō aduersante, sed *seu mediata* etiam applaudente ac pro tanto DEI bene- *Luth. uocat.* ficio, gratias agente populo Christiano to- *tius propemodum Germaniae: cui iam du-* *Avaritia les-* dum intolerabile esse uidebatur, quod ob- *gatorum iō* noxia esset detestabili avaritiæ & tyranni- *tificiorū ple-* di Pontificiorum, & præsertim legatorum *bi intolerabili.* Romanæ Curiæ, qui per id tempus non si-

74 APOLOGIA PRO ECCL.

Pag. 193.

ne summa, ut idem Iouius assentitur, impudetia bullatas indulgentiarum nugas, quæ essent dare pondus idoneę fumo, per templo circumferebant, ut his pecunia incauti emungerentur.

46. 47. 27. Verūm inquis, non Magistratus & Principes ius uocandi & ordinandi Pastores habent, sed Episcopi. Fateor Ecclesijs iam constitutis, ubi ordinationi per Presbyterium locus esse potest. Quamuis nec res nec alij tunc quidem à uocationis & electionis iure populus (ut & tu concedis) multò autem minus Principes excluduntur. At quoties de integro, quod ad externam ac uisibilem formam attinet, aut constituendæ aut reformatæ sunt Ecclesiæ, præteritis ijs, qui se duces fidei & religionis custodes esse mentiuntur, cùm tamen eorum culpa & scelere religio sit adulterata atq; corrupta pīj Principes à D E O excitati uerū cultum ac orthodoxam religionem electis & ordinatis Pastoribus, qui à corruptelis falsæ doctrinæ sint alieni, restituunt.

Pontificia obiectione contra Principes. 28. Sed hoc loco opera&precium est, quid exemplum, qui cùm Sacerdotibus ne quicquam prohibentibus thymiana adoleret, in pœnā usurpati numeris

neris alieni lepra est à Deo percussus: quo quidem exemplo tanquam larua etiam
Paulus III. Pontifex Romanus patrum no-

*Epiſt. Pauli
III. Pontifi-
cis Maximi
ad Carol. V.
Romæ apud
S. Marcum
24. Aug.*

ſtrorum memoria Carolum V. Cæſarē ter-

ritauit, quod ille inconsulto

CHRISTI ui-

cario, concilium in proximum autumnum

audiendis partibus in negocio religionis

dissentibus indicendum promisisset.

Respondemus autem nos, nihil Ponti-
ficijs Vīsiæ exemplum suffragari: quod lon-
gè aliud sit Sacerdotem se facere eum, qui
Magistratus est ac Princeps, ita officijs Sa-
cerdotum proprijs sese ingerat: aliud item
curare, ut legitimi Sacerdotes administrēt
sacra, ac purum Dei uerbum abiectis cor-
ruptelis annuncient. Adolere quidem thy-
mama Sacerdotum fuit, nec quispiam
Rex aut Magistratus autoritatem istam
sacrificandi sibi sumere debuit unquam. At
uerò qui non adolent thymama, nec cra-
piunt ad se Sacerdotū officium ulla in par-
te, sed tamen Principes cùm sint, officij ra-
tione depositante, curant, ut religionis pu-
ritas aut integra cōseruetur, aut uitiata re-
stauretur, ad istud exemplum minimè per-
tinent.

An uos Monachi Iesuitæ Magistratus
pios pecudum pastores & armentarios,
qui

76 APOLOGIA PRO ECCLE.

Peruersum qui sola corpora pascant, esse censetis? non
Jesuitarum autem hominum ratione utentium & im-
de Magistra- mortal anima præditorum curatores, qui
tibus iudi- etiam animabus fidelium debeant sedulò
cium. prouidere? At inquis Laici sunt Magistra-
 42. tus, nihil iuris ac potestatis ad concionan-
 48. dum & Sacra menta administranda obti-
 nentes. Rectè: sed plurimum iuris ac potes-
 statis penes eosdem est ad repurgandam à
 falsis dogmatibus Ecclesiam, quod non est
 concionari, nec Sacerdotum munus usur-
Magistratus pare. Sed tamen quod Principes Laicis
Laici sunt le connumeras, quo iure quaque iniuria fa-
Satius. cias, tu uideris, aut iij potius uiderint, quo-
 rum in ea re dignitas & munera excellen-
 tia agitur.

Exempla 29. Ac ut te hîc semel paucis absoluam,
sancctorum cùm præsertim infrà hoc argumentum tra-
regum et ma Etandum sit fusiùs, dico exemplo à uobis
gistratuū qui producto, sed nihil contra nos facienti, V-
personas mis siæ Regis, qui præsentibus Sacerdotibus
nisterio ido- & accinctis ac incensumadolendum, atq;
neas amotis adeò sedulò prohibentibus, actioni sacri-
falsis docto- candi sese ingerens, magnam impietatis
ribus elege- culpam suscepit, opponi à nobis posse e-
gunt. exempla Iosiae & Ezechiæ Sanctorum Re-
 gum: quæ uos, ut opinor, magis urent,
 quam nos istud Vsiæ à uobis citatum. Hi
 duo

duo Reges uitato & penè dicam oblite- *Principum*
rato uero Dei cultu, & idolis per loca ex- *populi Dei*
celsa superiorum Regum incuria partim, *Reformatio*
partim impietate erexitis, simul ac primùm *nis Ecclesie*
regnum inierunt, nullam moram duxerunt *procuratorū*
interponendam, quin continuò librum fœzulus et indu-
deris coram populo legendum curarent, *stria*.
populum uoto ad uerum Dei cultum, &
eius præcepta custodienda obstringerent,
imagines, statuas, & reliqua generis eius-
dem idololatriæ instrumenta in cineres cō-
uerterent, Sacerdotes idolorum partim a- *2. Reg. 23.*
mouerent, partim occiderent, deniq; abo- *2. Par. 33.*
minationibus omnibus è medio sublatis
in ueterem religionis ordinem à Deo per
Prophetas mandatum uniuersos & singu-
los mortales redigerent. Et hæc omnia fa-
cientes affirmat sacra historia fecisse bonū
in oculis Domini.

Facta autem hæc eadem esse, cùm opus
fuit, à superioribus Regibus, uel ipius Da- *Davidis in*
uidis exemplo satis constat, qui in exilio *exilio uotum*
cōstitutus uouet Deo, posteaquam patriæ *de Religio-*
compos fuerit redditus, omnia se, quæ ad ne- *Dei curādo.*
Religionem & Templi Dei decus orna-
mentumque, atque etiam ad Sacerdotum *si restituatur.*
sanctitatem pertineant, diligētissimè pro- *Psalm. 132.*
uisurum. Atq; hæc quidem de Lutheri uo- *& passim.*
catione,

78 APOLOGIA PRO ECCLE.

catione, quam ut ipse mediatam fatetur esse, ita non negat præcessisse diuinam excitationem, immò id passim sìns in scriptis affirmat. Nec tamen necesse est me illius librorum locos hīc citare, ne Sanctum uitū mortuum denuò quasi exhumatum videar cogere ad dicendam suam causam coram uobis Pontificijs: hoc est, in foro alieno.
Vnde Luth. oderint Pon tificij. Nam uos quidem illum ueluti hominem pestilentem & ~~āmīcōn~~ pro intermedio ho ste habetis, non alia de causa, si Erasmo magna ex parte Papistæ credimus, quā quod coronam Papę infulas Episcoporū & uentre Monachorum attigerit.

23. 30. Venio nunc ad refutationem tuam

An Baptista de Ioanne Baptista, quem aīs perperām à exemplo re nostris citari, probare uolētibus, immedia cle probetur tam uocationem posse carere miraculis. **uocationes** Erratis, inquis, negātes eū, qui immediate à D E o mittitur, necesse esse fulgere miraculis, ed quòd teste Scriptura Ioānes etiā possē carere miraculis. Baptista signum fecerit nullum. Mox autē immodestia nos accusas his uerbis: Egregia uerò Caluinistarum modestia, ne dicā petulantia Diuo Ioanni Baptistæ se com-

2. Obiectionē parare:

nū Refuta- Ego uerò hīc tuam M. pater modestiam multis modis desidero. Primū, autim peritè

peritè prætermisisti, aut fraudulenter sup-
pressisti Chrysostomi nomen, qui primus
contra tui similes fatuos miraculorum fla-
gitatores hac obiectione est usus. Sic e-
nim ille : Ecquod miraculum edidit Io-
annes Baptista, qui tot tantasque ciuitates
erudiuit? Nam Euangelista testatur eum ni-
hil miraculosè egisse, dicens: Ioannes qui-
dem signum fecit nullum.

*Hom. 47. in
Matthæum.*

Hic mihi liber uicissim tibi istud repo-
nere: Egregia uero lesuitarum modestia,
ne dicam scelerata audacia, scripturæ si-
mul & Ioanni, non quidem Baptistaræ, sed
uerè Chrysostomo meritum ex re nomen
habenti apertè contradicere. Ad nostram
uerò modestiam quod attinet, scitote le-
suitaræ aliud esse Diuo Ioanni Baptistaræ sese
quempiam comparare: aliud contra uos
Monachos probare illius exemplo uelle,
docete Scriptura ipsa, & autoritate Chry-
sostomi suffragante, immediatas uocatio-
nes posse carere miraculis.

*Modestus Po-
tifex Jesuita-
rum Numen
& Creator,
qui se præ-
ferri uult Pe-
tro et Dei ho-
norem sibi
arrogat.*

31. At quantò rediūs, o modestum genus
hominum Pontificem uestrum admoneri-
tis modestię? qui se CHRISTI uicarium per-
hibet, qui se Diuo Petro non solum cōpa-
rat, uerū etiam in eo, quod à nemine pati-
tur sua facta iudicari, illo superiorem fa-
citat,

80 APOLOGIA PRO ECCLÆ

Ait. 4.v.19. cit, cùm Petrus ipse sæpenumerò se iudicavit, candum alijs ultrò obtulerit: qui denique Dei maiestatem sibi arrogans omnib. creaturis ad Ecclesiam pertinentibus & extra hanc positis, ne Angelis quidem Paradisi mentis *V.1.* exceptis, ius dicit atq; imperat?

S. per anno 1352. Sed quid de Pontificibus dico? Vos ipsi tandem & superbissimi Monachi Iesuitæ Modestii *Ie.* discite modestiam, & desinite uosmet Iesuitæ. *L.*lio Dei comparare, cuius saluificum nomen usurpantes, hoc quasi uelum crudelitati uestræ, fraudibus, ingluuiei, ac fôrdibus prætenditis.

Autor sectæ 32. Enimuero Patriarcha ille uester Iesuitarum Ignatius *Lo.* iola, seu quis alius, si nihil aliud in Deo: cōtumeliam fecisset, locutusue esset, ob id iola. *L.*solum pœnarum gehennæ reus censeretur, nomen excusatur. *M.*inium Christianorum consensu deberet, & societatis *Ie.* s. v. indiderit. Quamobrem inquis? Nónne communiter, quicunque *C H R I S T O* nomen dedimus in baptismo, Christiani appellamur, quod etiam ipsum

An ut Chri- nomen *Χριστός* est ab eodem Deo: Filio? *stianus perin-* Est ita. Sed si molestum tibi sancte q; illi so-
de Iesuita cietati tuæ non est, dicam quid inter hæc quis uocari duo interficit: quod communiter omnes fi- possit. deles Christiani appellantur: &c, quod uos pecu-

peculiare Monachorum genus uocatimi
Iesuitæ.

Primum in significato appellationis *Psalm. 45.*
CHRISTI, DEI Filius, ut ex Davide Epistola *v. 8.*
ad Hebræos docet, consortes habet. Su- *Hebr. 1.*
mus enim & nos uncti ex ipso plenitudo. *v. 9.*
ne, gratia DEI & Spiritu sancto, & quidem
in Reges & Sacerdotes. In eo autem quod
Iesu Nomen declarat supra omne nomē
constitutum, nemo DEI Filio nec consors *Apostol. 1.*
est, nec socius, quoniam quidem ut ex innu *v. 6.*
meris Scripturę locis probatur, ipse unicus *1. Pet. 2.*
est Saluator: nēc est præterea aliud sub cœ- *v. 9.*
lo nomen, quo in nomine spes salutis tutō *Actus 4.*
collocari, defigiq; possit. *v. 12.*

33. Quocirca incredibile est M. pater,
quantam cœlesti sapientia Lojolam uestrū
anteierint Antiochenses illi, qui per Pauli
& Barnabbæ prædicationem ad fidem con-
uersi, indicandæ suæ professionis causa;
Christiani quam Iesuitæ dici maluerunt: *Actus 11.*
quæ appellatio à Spiritu DEI authore pro- *v. 26.*
festa mansit in hodiernum diem. Scio hæc
Iesuitis acutulis nimis crassa uideri: quia ni-
hil ad laudem & ornamentum faciūt ipso- *Parte 2. Tit.*
rū societatis. Sed habeo distinctionis istius *Christianus*
authorem Pelbartum Temesuariensem è paragrapho
nostra gente, Monachum Minoritam de 2.

F obser-

82 APOLOGIA PRO ECCLES.
obseruantia: qui ante LXXX. annos: hoc
est, ante exauditum in mundo Iesuitarum
nomen in libros Sententiarum commen-
taria scribens fidenter hanc quæstionem
mouet: Quare Christiani populi ab hoc no-
mine CHRISTVS denominantur, non au-
tem à nomine IESV uocantur Iesuitæ? Re-
spondet autem inter alia nomen IESV di-
uinitatem Filij DEI respicere, cuius est sal-
Esaie 45. v. uare proprium, ut apud Esaiam dicitur:
21. 22. DEVIS iustus & saluans non est præter me.

Eundem autem DEI Filium quæ CHRISTVS
Postilla su- est: hoc est, unctus, communicare nobiscum.
per Euang. Eiusdem prorsus est sententiæ Doctor Fa-
in die festo mosus, qui in lectiones Euágelicas scripsit,
Circumeis. & ipse etiam Georgius Vicelius, propemo-
sedit Colon. dum Iesuita: Ne semper Monachos de in-
fol. 697. dustria citare uideamus, quorū obsoletos
commentarios inter rancidas nuces & in-
ter pulueres repertos à nobis consuli nō
nunquam molestissimè ferunt Iesuitæ, id
quod ex acerbis Moguntiensium querimo-
nijs nuper editis constat. Fatae sanè,
quod à nobis in isto genere sit, rædio non
uacare, quod tamen perferendum necessa-
riò nobis esse ad Iesuitas infamia & dede-
core locupletandos animaduertimus. Sed
hic uideor Iesuitas audire responsantes,

Vide Iambi-
cos Senarios
P.Thyrei. qui

qui ita dicant: non rectè à nobis de IESV no Nomen Iesu
mine ipsorum societati litem inferri: cum olim Duci &
isto nomine vocari olim ducem populi sacerdoti pō
D E Mosis successorem, & multis pōst se- puli Dei indi-
culis summum etiam Pontificem non de- tum.

decuerit: nec proptere à blasphemiae aut di-
uinæ Maiestatis Iesæ accusentur ij , qui

hoc nominis illis indiderunt. At qui respō- Iosue filius
demus Ducem illum & Pontificem sum- Nun qui &
imum typos C H R I S T I umbrasque fuisse, Iesu, Heb.

atque idē minus indignos, qui sic appell- 4. v. 8.
larentur D E prouidentia atque consilio, Iesua sacer-
cūm uerum illum IESVM figurarent mundi dos magnus.

Saluatorem. Postea uero quām ille est exhibi- 1. Esdr. 5.
bitus, cessauisse umbras quis ignorat? Ne- Zachar. 3.

mo igitur umbrarum euanidarum exem-
pli in Iesuitico nomine aut usurpando aut
defendendo nisi potest aut debet: aut si
quis nitetur, ut incogitans & prauas imi-
tator umbraticum se mortalem, atque ad-
eò ipsarum umbrarum umbram esse fatea-
tur necesse est. Ac de Iesuitica quidem mo-
destia hactenus. Nunc quām argutè M. p:
dissimilitudinem exempli Baptistæ ulte-
riùs demonstres, attendamus.

34. Non egebat, inquis, miraculis Ioan- 26.
nes. Quid ita? Quia, aīs, uocationem suam 11. Obiecti-
& missionem expresso Scripturæ testimo- onis refutat-

84 APOLOGIA PRO ECCLE-
nio confirmabat. Vaticinatus fuerat olim
de ipso Elaias. De ipso etiam CHRISTVS ait
fuisse prædictum per Malachiam: Ecce ego
mitto. Negas autem nos Prophetiam de
nostra missione proferre posse, nisi forte il-
ss. 27. la uelimus gloriari, quæ 2. Timoth. 3. extat,
quam magnopere descriptioni aduentus
nostrí, aut ut paulò superiùs loqueris, adul-
terinæ irruptionis, accommodatam esse tu
quidem affirmas.

ss. 56. Hic uerò te deprehendo manifestè à te
ipso dissidétem, qui uerbum DEI seu Scri-
pturæ testimonium extraordinariæ uocationis
notam sufficientem fuisse dicas in
Ioanne, cùm totius tuæ disputationis non
alius sit scopus, quām ut probes, neminé,
qui uerbum quidem DEI habet, miraculis
uerò destituitur, pro immediatè uocato
aut misso esse ducentum.

Pastores Ref. Eccles. 35. Est autem ita ut dicis, Ioannem Scri-
pturæ testimonio uocationem suam pro-
fiarum Scri- bauisse. Falleris uerò in eo, quod eodē testi-
monij genere nos carere existimas. Habe-
mus enim certè non solum purissimū DEI
uocationem stabiliunt. repurgatum, uerum etiam in hoc DEI uer-
bo expressa uaticinia missionis & uoca-
tionis eorum, qui nouissimo hoc seculo

Pon-

Pontificios errores, abominabilem idolomaniam, neglectum ueri ac spiritualis cultus D E I, mendacia, imposturas, sacrorum nundinationes, & infinita eiusdē generis malorum agmina ex Ecclesia semel exturbarent, & ueram ac uoluntati D E I in uerbo pates facte congruentem, ipsius colēdi adorandiq; rationem quasi postliminiō in illā reducerent. Cuiusmodi inter plurima est *Apoc. 14.*
 hoc in Apocalypsi: Vidi Angelum uolantē v. 7.
 per medium cœli, habentem Euangeliū " "
 æternū, ut Euangelizaret incolis terræ,
 & omni genti & tribui, & linguae, & populo, dicentem uoce magna: Timete D E V M
 & ei tribuite gloriam: nam uenit hora iudi-
 cij eius: & adorate eum, qui fecit cœlum &
 terram, maria & fontes aquarum,

Quo ipso loco aliorum præterea Ange-
 lorum sit mentio, qui primò huic succinen-
 tes epinicum decantarunt de uicta & solo
 æquata Babylone ciuitate, meretrice ma-
 gna: (Roma autē hīc per Babylonem me-
 retricem, Hieronymo interprete, atq; adeò
 Tertulliano ipso intelligitur,) quę de uino
 scortationis suę miscuit Regibus terræ,
 quam sub interdicto D E I omnipotentis
 nemo deinde adorare debeat, quam nec es-
 se sit, unā cum suis mercibus & mercatori-

61.

*Ad Marcele
lam Epist.*

59.

*Lib. contra
Iudeos.**Contra Mar
cionem l. 3.*

bus sic contemni, ut nulli mortales mercandi & negotiandi gratia ad eam accessuri sint amplius. Quorum quidem Angelorum (ut sic loquamur) personis primos illos celebres & diuina fortitudine præditos Euangelij nostri Athletas significatos ac prænunciatos fuisse, toto mundo una nobiscum attestante, ipsoque approbante D e o, affirmamus: Cùm ad illorum doctrinam, industriam, sedulitatem, & felicissimos laborum successus exactè singulæ huius seu uisionis seu Prophetiæ partes congruant.

36. Quòd si uobis odio nostri ardenti-
bus, & inuidiæ tabe propemodum cōsum-
ptis, quibus ipsa obstinatio & studium ne-
ritatis opprimendæ iampridem bonam
mentem omnem eripuit, isthæc applica-
tio ad stomachū non fecerit, quæretis haud
dubiè: Ecquonam argumento probemus
uisionem istam Ioannis ad primos illos
Veritas facti Proceres nostros pertinere. Nobis uero
testis prædi- in promptu responsio erit: ipsam facti ue-
ctiōni de Pa- ritatem, quæ in nostris illis impleta est, sa-
storibus Ec- tis luculentum esse huius rei testimoni-
eleharum Re um: cùm non aliud etiam Ioannes, nisi hu-
form. ius generis habuerit argumentum, quo il-
la Prophetica dicta de se sonare planum
face-

faceret. Sicut ergo in Ioanne impletum est,
quod uox clamantis fuerit in deserto,
quod vias Domini præparauerit, quod
ante ipsum apparitoris munere functus ue-
nerit, & hac impletione comprobatum est
illas Prophetias de ipso fuisse editas: sic in
nostris non sine magno Antichristi malo
perfecta atque impleta fuerunt hæc om-
nia: Quòd uenerint summa celeritate, &
uenerint Euangelium æternum non tradi-
tiones hominum, non Legendas non De-
creta Pontificia habentes. Deinde quod
omni populo, tribui, linguæ, genti, non
sibi tantum & Musis (quod uos Latinè
missantes & Litaneas cantillantes facere
soletis) Euangelium annunciarint. Præ-
terea autem, quod unicum D e v m timen-
dum adorandumque & eius uoluntatem
sestandam proponentes, Babylonem Ro-
manam meretricem septem montibus in-
sidentem, de gradu quantumlibet tumul-
tuantem deicerint: Denique quod mer-
catoribus illius, merces ipsorum, Mis-
fas, imagines, reliquias, indulgentias,
medalias & consimiles nugas uiles & con-
temptas efficiendo maximum luctum at-
tulerint.

37. Quæ cùm eiusmodi sint omnia, ut à
F 4 nemine

38 APOLOGIA PRO ECCLES.

nemine ne malignissimo quidē negari pos-
sint: dicimus impletionem uisionis Ioan-
nis in nostris Doctoribus excellentissimis
profectō D e i organis factam certissimum
esse argumentum, de his olim eam ipsam

Locus Pauli uisionem fuisse propositam. Quare Pauli
de falso: do. Prophetiam de nouissimis temporibus,
etoribus, Pa quam ad nos accommodare uolens nō so-
pistis & Ie: lūm maliciose, uerum etiam in eptē atque
fuitis adda- confusè citas, ut nihil ad nos pertinentem
piatus.

27.

Papistis tanquam proprium quoddam pe-
culium relinquimus: de quorum aduentu
Apostolum agere, si distinctè & dilucidè,
ut se uerba habent, utrumque locum cita-
uiisse, clarissimè apparere poterat. Sed ui-
delicet sorex esse hīc quidē noluisti, q tuo
te in dicio perderes, eoq; fecisti, ut utrumq;
locum miseres, neutrum autem citares,
ne tibi proferenda essent illa uerba: Spiriti-
bus seductoribus attendentes, ac doctrinis
dæmoniorum, per hypocrisim falsiloquo-
rum, cauterio resectam conscientiam ha-
bentium, prohibentium contrahere matri-
monium, & iubentium abstinere à cibis:
quæ omnes notæ non nostris Pastoribus
Marce pater, sed tibi tuisq; Pontificib. San-
ctissimis inuruntur.

38. Verūm hīc ponam uerba citationis
tuæ,

tuæ, ut videant lectores eam à me nō præ- *Ineptissima*
ter rationem exagitari. Habent, inquis, ue- *Pauli locoru*
rissimam sui aduertus Prophetiam: 2. Tim. *citatio*.
3. In nouissimis diebus discedent multi à 1. Tim. 4.
fide, quod uenturi sunt illusores in dece- 2. Tim. 3.
ptionem.

Mihi sanè de ista citatione cogitanti ue-
nit in mentem, idem tibi usu uenisse, quod *Cornelius*
quibusdam rabie affectis solet, qui tandem *Celsus lib. 5.*
perhibentibus Medicis hydrophobi effi- *cap. 27.*
ciuntur. Hi enim in aliquem locum transl- *Plin.lib. 29.*
currere cupientes usque eo pergunt, dum *c. 5.*
ad aquam oppositam peruentum est, qua
conspecta subito expauescunt, & quam-
vis acriter sificant, tamen formidine aquæ
urgente ulteriùs minimè currentes retror-
sum se recipiunt. Et profectò, cùm istos in-
duceres illusores in deceptionem uentu-
ros, qui in contextu Pauli nulli comparét,
& teipsum decepisti, & tuis auditoribus
magnis certè asinis, illufisti: idemq; tibi ac-
cidit quod nonnullis infeliciter mendaci- *Quidam e-*
bus accidere uidemus, quibus persæpè *εἰς τιαν μετίρι*
βεηομψώις δανατὸν φύσαθαι, ut inquit Basilius. *uolentes non*
Atque hæc quidem de ratione tua, cur Ioā- *possint.*
nes extra ordinem missus miracula edere *Cont. Eu-*
non debuerit. *nom. lib. 1.*

39. Probas tertio loco exempli dissimi- 28. 29

F 5 litudi.

90 APOLOGIA PRO ECCL.

III. Obiecit litudinem, atque id etiam ipsum, quod Iosephus annes nihil indigerit miraculis ex eo, talio.

quod Sacerdotis erat filius, & in Veteri Testamento ordinaria uocatio ex successione Aaronica dependebat. Hic non possum satis incogitantiam tuam mirari, qui tam futiliter & insulsè ratiocineris: Fuit Joannes Sacerdotis Filius ex ea tribu, quæ successionem Aaronicam habebat: Ergo fuit etiam ordinaria uocatione uocatus.

Quareo autem ego, utrum omnes fuerint aut esse per Deum legem potuerint Sacerdotes, qui ex Aaronica familia orti essent? Non sic insanis opinor, hoc ut affirmare audeas, nisi omnes illas obseruationes in diligendis personis ad Sacerdotium adhibendis, quæ in lege extant, adulterinas

Levit. 21. 10. minimeque à Deo mandatas uelis pronunciare. Quod si ad ordinationem Sacerdotum delectu opus fuit (quamuis ex Aaronica familia omnes assumerentur in Veteri Testamento) talem autem ordinationem, ad illas obseruationes conformatam Ioannes Zachariæ filius ut liquidò constat, nullam habuit, quanta est temeritas & inscitia Baptistæ officium, quod regnè Propheticum fuit non Sacerdotale,

à suc-

à successione Aaronica suspendere, & Cantic. Zec ordinariam fuisse eius uocationem con- chariae Luc. tendere?

1. v. 76.

40. Addis præterea unam rationem, 29.
cur non ita ualde Ioannes miraculis egere
sit uisus. Nihil, inquis, fidei repugnans do- 1111. Obies-
cuit. Rectè: Sed qui minùs eadem ratio elionis refut-
ad nos etiam excusandos de miraculis, tatio.
quorum tu tam inclemens & rigidus ad
inhumanitatem usq; es exactor, ualere de-
bet? Certè nec nos, nec illi primores nostri
sanctissimi uiri quicquam fidei repugnans
docuerunt. Immò hæc causa illis fuit de-
ficiendi à uobis Pontificij s: quia omnia &
fidei & uerbo D e ., in quo fides fundata es-
se debet, contraria uos & repugnantia do-
cere penitus perspiciebant.

41. Sed in hac de Baptista disputatione 30.
reuocas te tandem, & cùm superiùs con- An miracu-
cesseris id quod concedendum necessariò la habuerit
fuit: Baptiste uocationem miraculis ca- Ioannis uoz
ruisse, eò quod illis non indigebat: nunc catio.
non defuisse tamen Diuo Ioanni miracu-
la, Melanchthonis etiam authoritate, quò
magis nos prēmas, ostendis. Ais conce-
ptionem inusitatā illius fuisse: deinde pro-
fers tripudium illud & exultationem clau-
si adhuc intra materna uiscera, deniq; mi-
randos

92 APOLOGIA PRO ECCLE.

randos illos effectus, qui cùm in eius circuncisione ueluti coruscavissent, diuulgata fuerunt, ut Lucas ait, super omnia montana Iudææ. Nos hæc omnia sic esse gesta concedimus. Sed distinguimus inter miras

Distinguitur cula natalium Ioannis, & inter miracula inter miracula uocationis. Nam ex eodem Luca tenebra ortus et uocatus Ioannem multis annis antequam se

rationis. ostenderet Israëli, priuatum uixisse. Tandem uero illi uocationem esse diuinitus **Luc. 3. v. 2.** oblatam, cum anno XIII. imperij Tyberij Cæsaris sub Pontificibus Anna & Caiapha uerbum Domini ad eum est factum in deserto,

42. Manet ergo adhuc illud firmum: Ioannis uocationem miraculis caruisse: hoc est, ut Euangelista scribit, signum ab ipso editum esse nullum, cùm tamen extra ordinem fuerit a Deo excitatus. Et simul manet etiam, ad extraordinarias uocationes legitimas & ueras non semper, sed tum cu

Rabiosa 1e^s D e o idoneum est uisum, requiri miracula, ut etiam ad ordinarias. Si ergo hæc manent, iacet tuum illud συμπέρασμα, quod tam

suitæ cœclæ preclaris argumentis subiungis: Nos à tota Scriptura condemnari pro hæreticis, & lupos esse non Pastores, cumq; non perianuam ingressi simus, sed furtim irrepserimus,

mus, ore ipsius ueritatis fures ipfissimos
uocari, & latrones.

43. Cogor autem h̄ic ego respondere secundum stultitiam tuam, ne sapere tibi uidearis. Eho sycophanta & nugator impudens, ostende age nobis quo unico Scripturæ loco euiceris & comprobaris haecenus, eos omnes, qui ueram Ecclesiæ scriptis Prophetarum ac Apostolorum comprehensam doctrinam relictis traditionibus humanis D e i uerbo repugnantibus defendunt ac propagant, si miraculis careant pro hæreticis esse damnandos? Huc enim certè spectauit tota illa superior oratio tua, in qua ad propositæ rei probationem (ut manifestum nostra legentibus fore confido) nihil tu quidem attulisti præter meras calumnias, ex perperam citatis & miserè distortis Scripturæ locis coagmentatas: quæ profectò inanes fuerunt ac frigidæ, atq; adeò (ne quid grauius dicam) iejunæ, multò magis, quam esse solent feriæ illæ uestræ iejuniosæ.

Ad luporum autem nomen quod at- *Luporū ap-*
tinet, quod nobis tribuis, quæro non iam *peilatio res*
abs te, sed ab omnibus, qui paulò minùs torquetur
quam tu, tuiq; sodales Romano Pontifici *in Pontifi-*
addicti mancipatiq; sunt: iij ne lupi sint, qui cios.
quod

54 APOLOGIA PRO ECCL.
quod unicum CHRISTVM summum Pa-
storem agnoscant, & uocem alieni non au-
diant, quotidie mactantur, laniantur, cæ-
duntur, rapiuntur, disperguntur: an ij po-
tius, per quos hæc laniena Diabolo horri-
biler debachante exercetur? Nos sane
Marce pater sic existimamus: Etsi stulta-
Pontificij lu-
pi & lanistæ
corporum
humanorū.
rum plena sunt omnia apud uos Pontifi-
cios, te tamen nulli ex auditoribus tuis
Sabariensibus ulla orationis ad inducen-
dum accommodatæ, ui & copia posse per-
suadere, nos magis meritò quam uos lu-
pos esse nominandos, si dilaniationis cor-
porum humanorum & uexationis ratio ha-
beatur. Et quidem homines ij, in quorum
corpora uos grassamini, non Turcae sunt,
non Persæ, non Tartari aut Agareni, sed ex
ijs nationibus orti, qui multis ab hinc secu-
lis CHRISTONOMEN dederunt, & etiam-
num ex DEI uerbo illum agnoscunt, cele-
brant, inuocant, uenerantur.

Pontificij a-
animarum lu-
pi.
Cæterum in animas hominum grassatio
& lupina feritas, quæ nam est, si ea non est,
quam Pontifex Romanus plenos currus
animarum ad Tartara quotidie demittens,
& quidem absque redditione rationis, ut
suprà dictum est, immaniter exercet? Nam
nos quidem nullas animas iugulamus, nul-
las

Ias pro nostra libidine laniamus, aut sinerat
tione ad Tartara detrudimus, sed omnibus in C H R I S T V M credentibus &
bonum operantibus, salutem æternam ex
gratuita D E I misericordia certò promit-
timus.

44. Sed nec illud etiam stolidè patet probasti, quod temerè & incogitanter af-
firmas, ad nos pertinere, quod C H R I S T V S
Veritas dicit: Fures & latrones esse eos, qui
per ianuam non sunt ingressi. An enim
non per ianuam ingressi sumus? quam tu
ianuam aliam ad ingrediendum in Eccle-
siam, domum D E I uiuentis somnias, ex-
tra eum, qui dixit: Ego sum ostium ouium, *Ioann.10.*
per me si quis ingredietur, seruabitur, & *v.7.9.*
ingredietur, & egredietur & pascua repe-
riet? Ingressi nos sumus per hoc uerum o-
stium I E S V M C H R I S T V M & eius Euani-
gelium, quod purè profitemur & annun-
ciamus. Per Pontificem autem Romanum, *Janua per*
eiusque traditiones, & per commentitium *quam ingres*
ordinationis Sacramentum: hoc est, per *si sunt Eccle*
pseudothyrum ingredi noluimus, quod *siarum Ref.*
uos fecistis, furtim, callide ac sensim subre-
pentes, & iam Pauli ætate mysterium ini-
quitatis operari aggressi, uerè fures & la-
trones.

Pro-

96 APOLOGIA PRO ECCLĒ.

Clausula di- Probatum à me haec tenus est aduersus
sputationis tuam accusationem uanissimam Ecclesias
de Extraor- nostras habere ueros Pastores, quorū non
dinarijs. nulli extra ordinem à D E O excitati ad Pa-
 pismum destruendum, & ueritatem cœle-
 stem ab Antichristianis sordibus perpur-
 gandam. Nunc mihi iam expeditior mon-
 stratur uia ac ratiō ad refellendum te, qui
 exhausto rubore nostros Pastores ordi-
 naria seu mediata uocatione carere con-
 tendis.

Probatur Ec 45. Atque ut ab auspicio bono proficiisci
clesias Ref. uel ipso te iudice uideamur, primū hīc ii
habere Pa- bi tuisq; Episcopis gratificabimur, conce-
stores Ordin- demusq; rectē à uobis negari, ullos esse a-
narios. pud nos, qui concionandi simul & sacrifi-
 candi(ut tu loqueris) potestatem habeant.
 Neque enim certē aut extra ordinem aut
 ordinario modo uocati nostri ius habent
 concionandi & sacrificandi, (ut quidem
 uos Sacrificandi uerbum de oblatione in-
 numeris uicibus repetita C H R I S T I
 coram Patre pro uiuis & mortuis accipe-
 re soletis.) At habent potestatem con-
 cionandi & Sacramenta administrandi, u-
 trocunque sint modo uocati. Sed nunc de
 uocatis ordinaria ratione agendum nobis
 est, cùm tuæ nugæ immediatam nostrorum
 Ecclē-

Ecclesiastarum uocationem impugnātes,
abundē sint haec tenus refutatæ.

46. Cedò inquis, mihi: quinam isti homines, per quos uocati sunt Romanæ sedis aduersarij? Hic tu noli expectare, dum tibi proferam Episcopos tuos cacolycos, quem non ordinatem, quod nobis adimis, det ab ordinationem, quod nunquam habuimus, est quod tibi gratias agamus. Nam sine controuersia si manu seu caza per latrones illos Pontifices tuos, si per Cardinales & Episcopos, prælatos item & suffraganeos, & reliquam huiusmodi colluisionem esse emus uocati, latrunculos nos esse ultrò fateremur. Sed uestra sit ista per hos facta uocatio, uos estote latrunculi, qui buscum lusitet ac mundo excaecato illudat Satan & Romanus Antichristus. Nam & hoc inter præclaras & Apostolicas Leonis X. Pótifícis uestri uirtutes ab historicis re censem, quod peritè solitus fuerit ludere latrunculis.

Pontifex la truncandi et latrocinā di peritus.

Paulus Io-
nius in uita
Leonis X.
pag. 192.

47. At inquis, Lutherus aliquando ista per nostros facta uocatione gloriabatur, quam minime paruipendendam esse dicebat. Nos uero respondemus, iocō ne an serio id Lutherus dixerit, satis certum non esse, cum tu locum (conscius ut credi pat est, mendacij tui,) non annotaris. Sed e-

G tiamſi

100 APOLOGIA PRO ECCL.

tiam si reuerà ita senserit aliquando Luthe-

Ex lib. Ad. tamen illum postea ~~de utr. p. q. p. o. r. id. r. al. u. r. f. s. u. r. s. f. a. l. s. o.~~ ter multò informarunt, id quod testimoniom. ord. E- nium propriæ confessionis abs te citatum pscop. satis ostendit. Sed quos tandem tibi homi Quorumna- nes profetemus? Plebemne? Nequaquam hominum o- etiam: Si per plebem idiotas tantùm & me pera uocati chanicos, cæterosq; id genus imi subsellij Eccl. Ref. homines intelligis. Sin autem Magistratus Ministri. etiam, ut uideris plebeijs annumeras, quid absurdii erit, si dicam plures è numero no- strorum per Magistratus ac Principes esse uocatos, populi assensu? Hoc idem suprà de Luthero affirmaui, & hoc iuris pios Principes habere, ut falsis Pastoribus re- iectis legitimos & ueros substituant, o- stendi.

Legitimam uocationem Sed nolo te hac nostrorum responsione esse contentum, quod per Magistratus & et ordinatio- populū uocati sint ordinario modo. Quan nem fieri pos quam si contenderem ab infima plebe uo- se per plebē. catos esse, atque etiam ordinatos, quid contradicere possent Iesuitæ? An non Sa- cramenta, quod ad dignationem attinet & reuerentiam sui, parem rationem ha- bent? Est autem Ordinatio uobis unum ex Septem Sacramentis. Nec potest ne- gari Baptismum uerum ac legitimum Ec- clesiæ

clesiæ Sacramentum posse secundum ue-
stros Canones in casu, ut loquimini, necel-
litatis, à plebeijis nō solum uiris, uerume-
tiam aniculis administrari.

De Conser-

Quod si uerum est, ut uos statuitis ex illa
regula, quæ tradit Sacramentorum uim
ex dignitate administrantis non pende-
re, qui minūs ego rectè affirmarem, Ordi-
nationem ab idiotis & plebeijis homini-
bus in pari casu necessitatibus: hoc est, defi-
cientibus ordinarijs Pastorum & Presby-
terorum collegijs administrari posse? Nisi
fortè plus conferre arbitramini Ordina-
tionem ad ministerium Ecclesiasticum, Lib. Supple-
quām Baptismum ad salutem, quod nequa ment. Can.
quam sentire uidentur Scholastici & Ca- Sacra men-
nonistæ: id quod ex eorum libris ad liqui- tum. De Con-
dum probari potest: Sed nolo inquam uos secr. Dist. 4.
huic responsoni, quod per plebeios ho- Can. per Bas-
mines, & qui h̄os dignitate antecellunt, ptismum.
Magistratus, uocati sumus, acquiescere. Per quos Or-
Nam post Ecclesiam summo D̄i benefi- dinati Euan-
cio per homines diuinitùs immediatè ex- gelici Pasto-
ritatos reformatam, per eosdem sic etiam res.
ordinarium ministerium, & legitimam
pastorum eligendorum rationem restitu-
tam esse dicimus, ut omnes iam à collegio
Pastorū examinati, approbati, atq; ad præ-

G 2 dicant

102 APOLOGIA PRO EECLE-
dicandum emissi, ueri Ecclesiarum Mini-
stri censeri debeant.

39.40. 48. Tu uerò, ut solam à plebe factam uo-
cationem, ac prætereà nullam nobis relin-
quas, Lutheri dictum affers ex lib. de Missa
priuata & unctione Sacerdotum. Luthe-
rus, inquis, eius libri folio 243. tantum au-
thoritatis tribuit plebi, ut affirmet ipsum
Diabolum dum modò à plebe uocatus sit,
posse dare uerum baptismum, ueram ab-
solutionem, uerum corpus & sanguinem
CHRISTI.

*Lutheri di-
ctum de Mi-
nistério dia-
boli, expendi-
tur.* Hic tibi unum illud responsum sit. Lu-
therum uehementioris ingenij hominem,
quali ad Papatum initò concutiendum ac
pessundandum opus erat, non pauca pro-
nunciasse & scripsisse paulò rigidius, quæ
aut simpliciter nullius articuli fidei detri-
mento rejcienda sint, aut certè commoda
interpretatione emollienda. Atq; utinam,

*Lutheri do-
ctrina nequa-
quam secun-
dus Papatus
Euangelicis.* quantum nos Luthero tribuimus, cuius
dogmata, nisi prius ad uerbū Dicitur exigatur
nequaquam recipimus, tantundem à uo-
bis & nihilo amplius Minotauro illi Ro-
mano, Pontifici uestro Satanæ uicario tri-
bueretur. Hoc enim si fieret, minùs labora-
remus. Veruntamen si cùm hæc scribebas
præ studio Episcopi tui lautè accipiēdi re-
cordari

cordari potuisses, inter duodecim illos
 CHRISTI discipulos atq; comites unum
 Diabolum, qui tamen legitimus fuerit A-
 postolus, esse repertum, nequaquam tāto-
 pere nauasseſſes, nec illam turpem conui-
 torum sentinam tumulo ac cineribus Lu-
 theri uita hac mortali defuncti superfudis-
 ses: qui si hodie in uiuis ageret, crede mihi
 Marce pater, mirificum uobis Iesuitis no-
 uis Monachis præberet congiarium.

49. Sed hoc loco tuam de uocatione per
 plebem facta: hoc est, per omnes eos, qui
 sunt extra Hierarchiam, siue priuati sint, si-
 ue Magistratus, disputationē excutiamus.
 Ais nostros pastores, quos obiter semel ac
 iterum noui Euangeliū professores & noui-
 tiæ fidei homines appellas, uel in primis
 uocatione tali gloriari, qui ita dicāt: Plebs
 uocauit & misit nos.

41.

Ad calumniosam nouitatis accusationē
 quod attinet, ignorare ut maximē uelitis,
 non potestis, multa uobis esse à pijs & or-
 thodoxis Doctoribus nostris responsa, &
 hæc in primis: Id uerius esse quod prius id Lib. 4. cōtra
 prius, quod ab initio id ab initio quod ab Marcion.
 Apostolis, ex Tertulliano. Quare cum pro-
 cul ualere iussis hominum commentis so-
 lam ueritatem doctrinæ Propheticæ & A-

postoliæ recipiamus, non posse cuiquam rectè sentienti, fidei nostræ confessionem uideri nouam, nisi quibus scripta ipsa Prophetica & Apostolica noua sunt. Et quia confessionem nostra hac tempestate ac memoria Cæsari Principibusque oblatam

Confessionis obijcitis, à qua ueræ pietati addictos Constantiū appellēt *confessionistas*, barbarissimo quidem uerbo, latiō *Iesuita* sed barbariore iudicio appellitare soletis, rum inueni responsum etiam à nostris est: non id tem-

tum.
1. Pet. 3.
v. 15.

pus considerandum esse, quo fidei confessio exhibitur, (cū Petrus Apostolus piè nos ac diuinitūs iubeat semper esse paratos ad edendam fidei ac spei nostrę confessionem) sed solam confessionis fidei ueritatem spectandam esse, quæ sit ad normam diuinarum literarum, (si modò uos eas lucifugæ nō auersaremini,) examinanda. Ad hæc & similia plurima audienda cū uos iam dudum obsurdueritis, simulque magis muti & elingues pīscibus ipsi facti sitis, non arbitramur necessarium esse nouas nos responsiones sollicitè commentando elaborare. Redeo ad gloriationem quam nobis tribuis de uocatione per plebem facta.

Agnoscimus te satis astutum & uerisipellem, qui ut in oratione ista præclara, omniā

nia haberet expeditiora, aduersarios tibi finxisti, quales uoluisti. At uero nos nihil minus in animo habemus uir bone, quam te patronum in hac causa adhibere, aut expectare dum ad ea, quae interrogamur, a te respondeatur. Itaque præuaricator impudens recede de medio, facesse in malam rem cum fictitia illa non nostra, sed tua uoce: Plebs uocauit & misit nos, nihil te nobis opus est, parce uerbis, pugnandum aut per nos iplos quae instituimus transigemus. Ecquis autem ignorat nihil minus frequens apud nostros esse, quam prærogatiua uocationis per plebem factæ gloriari? Neque tamen propterea uerum est, quod contendis Magistratum ciuilem 42. 45. potestate ordinandi Pastores penitus esse 46. destitutum,

50. Hoc tu uis confidere hac primùm ratione, quod nemo possit cōferre alteri potestatē, quam ipse non habeat. Et manifestum est, inquis, Magistratus ciuiles nihil nisi posse potestatis ad concionandum, nihil ad sacrificandum habere. 43. 57. 58.

Hic te dico fœdè errare, qui nescias distinguere inter ius exercendi aliquas actiones, & inter potestatem iniungendi certa munera, quorū munerum sunt ex actione.

106 APOLOGIA PRO ECCLE.
nēs propriæ. Parum hoc accipis? Si ali-
ninas tuas & benè longas aures arrigere
te non pigebit, ego paucis istud cuius-
modi sit, te docebo. Possunt ordinarij &
legitimi Magistratus munera conferre ido-
neis personis, tametsi actiones eorum mu-

In Magistra- nerum exercere nequaquam uel necesse ha-
tuu m mi- bant uel possint. Verbi causa potestatem
nisterium Ec. obtinet Rex aut dux exercitus, nominandi
clesia simili- atque creandi præcones in castis, tametsi
tudinibus il- Rex præconium facere ipse per officiū non
lustratum. posset, ac nec debeat quidem. Consimili ra-
tione Magistratus in aliqua Republica Me-
dicos fideles ac peritos adhibere atq; in Ci-
uitatem accersere potest, utcunq; ipsi in-
terea Magistratui medicinam fæcilitare &
pharmacis concinnandis occupari non li-
ceat. Eodem prorsus modo pij Reges ac
Principes, in constituendis & ordinandis
ijs, qui prædicando uerbum D^t & Sacra-
menta exhibendo legitimè ministeriū ob-
eant, dissipatis præterim ante per falsos
Pastores Ecclesijs, plurimum iuris habent:
nisi tu fortasse censes secundę duntaxat ta-
bulae Decalogi, non autem utriusq; custo-
des Magistratus esse.

Ne uero excipias, quod in politicis re-
bus fieri posse certum est, id locum nō ha-
bere

bere in Spiritualibus, ad exempla Sanctorum Regum populi Iudaici suprà à me posita te remitto, qui etsi nec concionabuntur, nec sacrificabant, tamen concionatoribus falsis & sacrificulis idolorum interficiendis aut è medio pellendis, ueris autem Doctoribus & Sacrorum Ministris eligendis, nihil à Regio suo munere alienum faciebant: quicquid interea Cardinalis Anglicus cum cæteris sophistis de Pontificia dignitate garriat, quem non puduit scribere, Regem, quatenus Rex sit, nunquam Sa-
cerdoti in suo munere præcipere, sed po- Reginaldus
tiùs Regi Sacerdotem quæ facienda sunt sens. Eccles.
præscribere. Quod sanè pronunciatum ine Vni. libr. i.
ptissimis ab illo rationibus probari facile pag. 18.b.
intelliget, quicq; libros illius ad Henricū
Anglię Regem Magnifico quodam styli o-
rationisq; genere scriptos multisque elo-
quentiæ luminibus distinctos, atque adeò
hoc nōmine electione eruditorum non om-
nino indignos, peruoluerit.

51. Sed antequam prodeat in medium secunda ratio tua, qua ius in Pastores & in ministerium Magistratibus eripere conaris, insaniam tuam & stoliditatem, quæ in hac contra Magistratus instituta disputacione singularis inest, paucis detegamus.

G 5 Scribit

Difinit. 63. Scribit Gratianus Hadrianum Papam, in
C. Hadria. Synodo Lateranensi, cui centum quinqua-
nus Difinit. ginta quatuor Episcopi interfuerunt, ius
63. C in Sy. eligendi Pontificis Romani & ordinandi,
nodo.

atque etiam Episcoporum per omnes pro-
 uincias constituendorum consecrando-
 rumq; Carolo Regi Francorum solemniter
 attribuisse: Et quicunq; contra hoc decre-
 tum sentiret, anathematis pœna publica-
 tionisque bonorum afficiendum sanxisse.
 Hoc ipsum Decretum Leo Papa cum teto
 Clero ac populo Romano, Othonে primo
 regnante in perpetuum confirmasse, & sub
 pœna excommunicationis, perpetuiq; exi-
 hij obseruandum edixisse apud eundem le-
 gitur. Vnde igitur tanta hæc audacia Iesuit-
 is Pontificiæ doctrinę aduocatis nulla ro-
 tius Romæ consensu confirmatorum Ca-
 nonum habita ratione contra ias Princi-
 pum in eligendis Episcopis tam diro cla-

Iesuitæ Pas. mosoque fremitu disputare? Possumus-
 palium *Ca.* ne hoc quoque Dalmata, ex te audire? Ec-
 nonum testi- quid sentis, in quos te laqueos malè fana-
 monio *funt* isthac tua uehementia indueris? Ecquid a-
 anathema.

42. 45. to, quod Magistratum ius in ordinatione

46. Episcoporum attentaris, minimeque id
 fartum tectum reliqueris, cum tota tua so-
 cietate

cietate Suitica anathema esse factum, dignum exilio, dignum suspendio? Sed reuer tor ad rationes tuas.

52. Dicis secundò officia & actiones Ecclesiasticas, cùm Spirituales sint, non poli-
ticæ, ad solos Episcopos pertinere. De actionibus & officijs, fateor ita esse: At aliter
est de moderatione seu regimine tum officiorum tum actionum Ecclesiasticarum, cu-
ius potestatem penes Magistratus esse ui- deo riam satis ostendisse.

Quod si actionibus & officijs Spiritua-
libus gubernandis non præsent Magi-
stratus, sequeretur propterea, nec personis
quidem, quæ officia sustinent & actiones
exercent, eos præesse. At Apostolus om- *Locus Pauli*
nem animam potestatibus sublimioribus *Rom. 10. ab*
iubet subiectam esse, quem locum impiè *Origene cor*
quondam ab Origene deprauatum, (cùm *rupius.*
ille istius uocis ($\pi\alpha\sigma\alpha\psi\chi\lambda$) notionem ad so-
los homines $\psi\chi\mu\delta\tau$: hoc est, animales, $\pi\pi\tau\mu\mu\alpha$
 $\pi\pi\tau\tau$: hoc est, Spirituales excludens, restrin-
geret:) Chrysostomus sic exposuit: Om-
nibus hæc præcipiuntur, Sacerdotibus
pariter & Monachis: non autem ijs solùm,
qui huius uitæ negocijs occupantur, id
quod statim in ipso proœmio declarat A-
postolus, cùm sic dicit: Omnis anima po-
testatibus

110 APOLOGIA PRO ECCL.
testatibus subiecta sit. Etiam si Apostolus,
etiam si Euangelista, etiam si Propheta, uel
alius qui uis fueris. Subiectio enim ista pie-
tatem non euertit.

Papistæ Ma- Hæc Chrysostomus. Cuius ex uerbis fa-
gisstratum cilis est cuilibet existimandi copia, Papi-
cōtemp̄tores. stas gubernatorum politicorum ius & po-
testatem in Spiritualibus abnegantes, ma-
nifestissimos esse Magistratum contem-
ptores, & sectas Anabaptistarum ac Liber-
tinorum, quarum ipsi originem ad nos fal-
sò & impudenter referunt à Spiritu Papi-
stico esse progeneratas.

III. ratio 53. Absurdum etiam tertio loco inducis,
refutata. si ciuiles Magistratus qui te authore pro-
phanis sunt, ius habeant uocandi & ordiná-
di concionatores, eosdem habituros esse
ius abrogandi Sacerdotium. At ego dico
te per absurdum esse, qui frustra absurdita-
tem in re plana: hoc est, quod aiunt, nodū
in scirpo quæras. Nam cui dubium est Ma-
gistratum ciuilem posse haec tenus abroga-
re Sacerdotium, ut falsis impijsq; Doctori-
bus reiectis, ueros legitimosq; substituat?
Hoc fecisse scribuntur Reges illi in Dei po-
pulo, quorum non semel à nobis facta mi-
tio est: qui si hodie in uiuis agerent, prophâ-
nam istam & patibulo dignam temeritatē
tuam,

tuam, quod prophanos appellare non ue-
rearis eos, qui Républicam ex DEI ordina-
tione gerunt atq; gubernant, impunitam
minime dimitterent.

54. Sed h̄c temperare mihi equidem nō
possum, quin uos appellem, ô Christiani
orbis Monarchæ & Principes illustrissimi,
quorum bona pars Papali iugo onerata,
miserrimis etiamnū accipit modis. Quo-
usq; tandem Romano huic prostibulo ma-
tri abominationum tēterrīmā, tyrannicū
in Ecclesiam D E I imperium exercenti fa-
sces submittetis? Quousq; illa bestia septi-
seps, qua nulla unquam post homines na-
tos superior exorta est & crudeliōr, ue-
stra hac nimia facilitate & patientia abute-
tur? An non hoc stupendum & monstri si-
mile est? Reges Christianarum nationum
Pótificum decretis subesse? eorum pedes,
quibus crux C H R I S T I conculcatur, exo-
sculari? & omnibus dictatis ac legibus, quę
non ad D E I laudem & Ecclesiæ commo-
dum, sed ad Romanæ sedis fastum augen-
dum, & Papalis animi effrenem libidinem
explendam diriguntur, abiectissima humi-
litate obedire? Nónne satiūs erat his stu-
dijs posthabitis ultore gladio, quem non
frustra uobis attribuit D̄vs, primum qui-
dēm

Commonitio

ad Princis

pes. De 15^aVIIth

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

M

112 APOLOGIA PRO ECCL.

dem Filij D*s*i gloriam ex Antichristi manib*u*nibus vindicare: deinde uero functionis uestrae decus & maiestatem ab istis profili-gat*a*e impudenti*u*ae monstris ueri*u*s qu*a* ho-minibus labefactatam asserere? Quam san*e* ad rem exemplo suo pre*u*ire uobis nuper ui-debatur Carolus ille V. C*esar* inuictissimus & laudatissimus: qui acerbis quibusdam contumelijs & iniurijs irritatus, capta per Pompeium Cardinalem urbe Roma, hostem suum clementem Pontificem in arce Molis Hadriani un*a* cum purpuratis Patribus aliquandiu obfessum, ad escas asininarum carnium, talium palato asinorum aptissimas compellebat. Idem uobis totius mundi iudicio & consensu faciendum esset.

Potifex po- Considerate enim oto, cum animis ue-tentia & op*u*bris, quid illi iam inde ab initio a uobis bus auct*u* per exegerint, simul autem quam obsequij uestri mercedem rependerint. Imperium

urbis Rom*a*e occasione fabul*a*e de donatione Constantini Magni, qua nihil uanius esse potest, nihil futilius, adimi uobis aequis animis passi estis. Doctissimos ui-

Llib. 1. De iu- editis contradicentes, inter quos non Ac-reiurando. cursius mod*o* Iurisconsultus ab Interpret*e* Clemenc-

Clementinarum citatus, uerum etiā Lau- **Tu. 9. Roma**
 rentius Valla ante cxx. annos fuit, in i- **m Principes.**
 storum gratiam prædonum, ultrò despica. **Lib. de falsa**
 cui duxisti. Titulum uniuersalis Episco- **Donat. Cōf.**
 pi, quod ipsorum Paparum testimonio, ne- **de quo Vola**
 mini nisi Antichristiano conueniens est, si- **teranus libr.**
 bi usurpare permisisti. Vestram (ignosci- **21. pag.**
 te: dolens hoc dico) in pijs hominibus
 contrucidandis prouisionem & operam
 illis locauisti. Sacrificulos eorum & cæ-
 teram rasorum turbam ad ipsos attinen-
 tem donationibus agrorum, prædiorum,
 latifundiorum opulētissimos reddidisti.
 Denique in uestras ipsorum ceruices atq;
 capita ius illis attribuisti, ut nemo uestrū,
 nisi impetrata, aut precio muneribusque
 empta Romanæ sedis confirmatione recte
 legirimeq; se regnare existimarit.

At uos contrà pro ista demissione, ne **Anguina**
 dicam seruili morigeratione hanc ab illis **merces quā**
 gratiam reportatis: ut quotquot Magistra- **Pontifices**
 tum geritis, & ad Reipublicæ clanum se- **Principibus**
 dentes, magno humani generis bono, re- **repentunt.**
 gna, imperia, prouincias ciuitatesq; tem-
 peratis, in numero secularium, carnalium,
 Laicorū, prophenorūq; hominum repo-
 namini: Ut uobis omni disceptatione, &
 cognitione rerum sacrarum interdicatur:

114 APOLOGIA PRO ECCL.

Vt anathematis fulmina, si qua in re cupi-
ditatibus eorum non satisfeceritis, semper
capitibus uestris parata esse intelligatis:
Denique ut calcibus illorum in colla ad-
missis atq; receptis pro pestiferis animan-
tibus, Basiliscis, & Aspidibus, immò pro
*Paulus Ios-
uius Elog. l.
1. Vollatera
nus, fol.*
230.
*Vide reli-
quos histori-
cos Pontifi-
cios in vita
Alexandri
III.*

Diabolis, (nimirum iuxta Psalmi prædi-
ctionem,) conculcemini. Certè illum Psal-
mi locum quo uos honestat Romanus Pó-
tifex, ubi mentio fit conculcationis Aspi-
dum & Basiliscorum, de Diabolis Augu-
stinus interpretatur. Et ne putetis illum
sceleratam istam de uobis contumeliosè
sentiendi atque loquendi consuetudinem
dedidicisse tandem, seq; ad modestiā man-
suetudinemq; recepisse, opereprecium est,
quid hac nostra memoria uobis usu uene-
rit, considerare. Ausus est Doctor quidam

*Hieronymi
Mutū impu-
des audacia.
1. b. 1. b. 1.*

primarius Papæ satelles, Hieronymus co-
gnomento Mutius clarissimos Imperato-
res Carolum & Ferdinandum, atq; adeò u-
niuersam nationem Germanicam uelut ob
Imperium præterius & fas occupatum ad
seq; translatum, mordacissimo libro edi-
to per omnia regna totumq; orbem terra-
rum traducere. Eius libri à Julio Papa III.
promulgato breui, quod uocant, cōfirmati
& dilaudati uerba hīc uobis adscribam, ut
impu-

impudentissimum huius obtrectatoris ue *Impudens*
 stri fastum, & arrogantiam, extremo, non *obtrectatio*
 hominum tantum (ad quorum salutem il- *Hieronymi*
læsam Principum Maiestatem conseruari Mutij contra
pertinet,) uerum etiam D E S I, Regna consti *Principes.*
tuentis & transferentis odio, lōgē dignis- *Fol. 71.*
simam, omnes perspiciatis . Barbara, in-
quit, Germaniæ natio , Imperatoriam di- *“*
gnitatem non absq; totius Italiæ præaudi- *“*
cio sibi usurpauisse haudquaquam satura, *“*
inuidaq; quod C H R I S T I Vicarius apud *“*
nos sit, ut nos omni gloria omniq; bono *“*
priuet, in hanc rebellionis phrenesim inci- *“*
dit. Quid ad hanc indignitatem addi po- *“*
test? Sed confidimus fore, ut aliquando uo
bis D E V S mentes oculosq; ad istas fraudes
Pontificias, quibus fœdè haetenus in uos
est illusum, planiūs noscitandas, aperiat.
Nos uero ad extremum nostri paterculi ar
gumentum, orationem transferemus.

55. Probat adhuc uocationem à plebe & 1111. *Ratio*
Magistratibus factam id circò legitimā non refutata.
esse, quia nusquā talis ordinationis in Scrituris fiat *49.*
mentio. Ego uero cur de ordinatione illa solenni
aliquid etiam Ceremoniarum habente, concedere hoc non debeam,
causam nullam perspicio. Sed tamē interea affirmo
legitimas uocationes, me-

H diatas

Legitimè uo diatas & ordinarias posse constare citra *socationes con-* lennem illam ordinationē. Exemplo sīc
stare pos- illi ueteres, à pijs Regibus in locum Sacer-
sunt, etiam si dotum idola coalentium subrogati, de qui-
absit solen- bus antè diximus: quos minimè creden-
nis ordina- dum est à Sacerdotum collegio, quod tūc
tio. erat nullum, fuisse solenniter inauguratos,
 & tamen habebantur ijdem, quod ad sacrū
 munus à Magistratibus populi D s i adhi-
 biti essent, legitimi Sacerdotes.

50. Fallitur itaque bonus Iesuita, si nos illis
 Pauli locis magnopere constringi urgeriq;
 censet: 1. Timoth. 3. & 5. & Titi, 1 Vbi ait sic
 præscribi formam creandi Episcopos, ut
 nulla fiat populi mentio. Quod aliquate-
 nus falsum esse videbit & deprehēdet, qui
 diligenter attendet, quæ 1. Tim. 3. v. 7. Et
 5. v. 22. Et Tit. 1. v. 6. dicuntur.

Sed etiā nulla his in locis nec expressa
 nec tacita mentio fieret plebis, quo nomi-
 ne omnes extra suum Clerum positos Pó-
 tificij cōprehendunt, non tamen esset con-
 sequens nullius legitimæ & ordinariæ uo-

51. *Difst. 62.* cationis arbitriū ac ius penes Magistratus
Can. Nullus. ac plebē esse. Porrò & ipse aduersarius con-
Concil. Lao- cedit plebi (tametsi non sine Papalium Ca-
 dic. *Difst. 63.* nonum iniuria si Gratiano credimus) Ele-
Can. Nō est. tionem Pastorum, quæ certè uocationis

pars

Pars est potissima, unde sœpè electionis uerbo ipsa uocatio indicatur, ueluti in illo *Ioann. 6.*
CHRISTI dicto: Ego duodecim elegi uos. *v. 70.*

56. Est autem in primis fruolum & nūgatorium, quod Electionem & Ordinacionem tam anxiè superstitioneque inter se iste distinguit, & hanc illa facere conatur multis partibus superiorē. Electio, inquit, plebi conceditur, Ordinatio non item. Este nūm Electio, actio humana, Ordinatio uero actio *CHRISTI* est. Tum præterea: Electio mutari potest ab hominibus. Ordinatio uero mutationi non est obnoxia. Denique *Electionis et Ordinationis nugatoria mutationis dissimilitudino.* Electio est exploratio quēdam personæ ad ordinandum idoneæ. At in Ordinatione cōfertur potestas supernaturalis. Est enim Sacramentum Ordinatio. Hæc Marsus iste Aper, magno uidelicet conatu, magnas nugas, ut ait Poëta Comicus. Ecquis enim unquam præter istum dixit, aut electionem esse actionem merè humanam aut ordinationem merè diuinam: non autem utramque diuinam per homines administratam? Quod uero ad mutationem attinet. Electioni simul & Ordinationi illa sœpe incidit, quoties occulto quidem, sed iusto tamen Dei iudicio post Electionem & Ordinationem certi homines repro-

H 2 bantur,

Dissimilitudo Electionis et Ordinationis Iesuitica expenditur.

118 APOLOGIA PRO ECCLESIA
bantur, ut in Iuda & multis Apostatis fa-
ctum uidemus. Iam uero quod ordinatio-
ne supernaturalem gratiam & potestatem
conferri somniat, cuiusmodi est? Quoniam
Scripturæ testimonio nititur? Si ordinatio
Sacramentum esset, ut falsò statuunt Papistæ,
tamen gratiæ cœlestis efficiens causa
minime dicenda esset, cum ex Apostolica
doctrine Sacraenta nihil aliud, quam

Rom. 4. v. μᾶς τὴν σημαῖαν esse didicerimus: hoc est, si-

gnia seu sigilla, que non conferant gratiam,
sed per Spiritum S. collatam externo sym-
bolo confirmant.

Sacraenta
non confe-
runt, sed obser-
vant gradua-
tiam.

Ordinatio
solennis non
semper ad elec-
tionem re-
quiritur.

Sed ut de Sacramentis omittamus dice-
re, Ordinatio sanè, quam iste urget, nihil
est aliud, nisi uocationis legitimæ & elec-
tionis publica ac solennis declaratio, qua
tamen carere interdum salua ministerij di-
gnitate possunt ij, qui ad Ecclesiasticā fun-
ctionem præsertim perturbatis temporis
bus, & presbyterij statu minus commodè
se habente accessuntur. Vnde facile quilibet
sanus iudicabit Ordinationem nequaquam
tot gradibus, quot iste uult, supra Elec-
tionem eminere, atq; adeò hac etiā infe-
riorem esse. Qua quidem in parte longior
esse nolo, cum sit ad reliqua Iesuiticæ decla-
mationis membra properandum.

57. Dicit itaq; deinceps, Lutherum duo *Luth à Iesu*
 alia sibi suisq; effugia comminisci, quò u-^{tis} *exagitas*
 triusque uocationis iure exclusus, utcunq; tur.
 tamen legitimii Sacerdotis nomen tueri
 possit, & in aliqua parte hærere istius di-
 gnitatis. Vnum est: Omnes Christianos es-
 te Sacerdotes: Alterum, Omnes Apostoli-^{ss.}
 cam doctrinam docentes esse legitimos
 Pastores. Ac priùs quidem illud, de com-
 muni Sacerdotio omnium Christianorum
 responsione non dignatur, qua tolli ait o-
 mnem uocationem & missionem. Verūm *Defenditur*
 in eo apertè non iam Luthero, sed Aposto-*Lutherus,*
 lis obloquitur aduersarius, qui nos Regale ^{1. Pet. 2.}
 Sacerdotium & gentem sanctam appellat,
 quotquot credimus in *CHRISTVM IESVM*,
 & ijdē aiūt à Filio DEO nos esse dilectos, &
 lotos sanguine ipsius à peccatis nostris,
 Regesq; & Sacerdotes coram DEO Patre *Apoc. 1. ca.*
 factos. Proinde in Epistola ad Hebr. cu-^{13.}
 iusmodi simus Sacerdotes per *CHRISTVM*
 facti, pulchrè declaratur, ubi dicitur: Nos
 per *CHRISTVM* assidue offerre DEO Sa-
 crificium laudis, fructum labiorum confi-
 tentium nomini eius.

Sequitur itaq; rectissimè sensisse Luthe-
 rum, omnes Christianos esse Sacerdotes,
 cùm in isto quidem nomine nihil illi inter-

120 APOLOGIA PRO ECCLE-
se differant. Nec tamen conficitur hinc,
quod iste infert, tolli omnem uocationem
& missionem. Nam etsi omnes Christiani
sunt Sacerdotes: Ministri tamen Ecclesiæ

*An sint ulli & Pastores nō omnes sunt, sed ij duntaxat,
Sacerdotes qui solenniter uocantur: nisi fortè pro sua
in nouo Te- sapientia Iesuitica Sacerdotes & Pastores
stamento, in nouo Testamento synonyma esse autu-
mat, quod non antè nobis persuadebit,
quām euīdens & liquidum Scripturæ te-
stimonium produxerit, ubi post uerum &
æternum Sacerdotem D e Filium exhibi-
tum, Sacerdotum adhuc, qui iustimas ul-
las D e offerant, præter laudes & confes-
sionem nominis diuini (quas offere omniū
est Christianorum) fiat mentio.*

*Sacerdotis
uocabulum
quemadmo-
dum usurpa-
tum à uete-
ribus.*

Nec tamen sumus nelcij, in scriptis ue-
terum Sacerdotis uocabulum admodum
frequens esse, ea significatione positum, ut
Ministrū Ecclesiæ declareret. Atqui manife-
sta est uocis latè usurpatæ abusio, cū in No-
uo Testamento nec Apostoli nec Euange-
listæ, nec Pastores, nec Doctores Eccle-
sia, Sacerdotes, peculiari & solis ipsis debi-
to nomine appellantur. Eat nunc aduersa-
rius, & clamitet istud effugium de generali
Noui Testamenti Sacerdotio ipsi authori
displicuisse. Certe si uim uocabuli & usum
ciuidem,

eiusdem, qui in Scripturis est, spectes, seposita paululū ea disputatione, quæ de uocatione est Ministerū, nihil à Lutherō aptius magisq; concinnum dici potuit, quām nostros Pastores esse Sacerdotes, eò quod d omnes Christiani sint Sacerdotes.

58. In altero autem, quod à nostris exco-
gitatum ait, plusculum sudat, identidem *Calumniale Lutherum increpitans, ut stupidum & im-*
pudentem, qui omnes Apostolicam doctri-
nam profitētes legitimos Concionatores
esse, ridicula consequentia affimet. Sed
hīc etiam cum sua umbra luctatur ineptissimus Iesuita, & aduersariorum rationibus, ad suū sensum & caprū accommodādis fingendisq; delicias facit. Nusquam enim Lutherus dixit absque legitima uocatione & missione aliqua quenquam legitimū Pastorem fieri posse, etiam si Apostolicā do-
ctrinā profiteatur. Diaboli exemplū quod d allegat, puerile admodū est & ad rem mini-
mè pertinet. Verū qua est garrulitate præ-
ditus, futilis & inanis rationes quām nul-
las afferre ad sustinenda sua commenta ma-
nunt. Sanam inquit, & Apostolicam doctri-
nā Diabolus prædicabat, cū diceret: Tu es *Lue. 4. v.*
CHRISTVS Filius Altissimi: Et tamē quia *34. 35.*
uocatione carebat loqui à CHRISTO pro-
H 4 hibetur.

hibetur. En præclaram argumentationem, in qua non causa affertur pro causa. Prohibetur Diabolus loqui à CHRISTO, nō quia sanam doctrinam prædicabat, uocatione autem carebat, cùm omnino nec prædicatione, nec uocatio ad prædicandi munus, ad hoc à DEO reiectum & repudiatum genus pertineat : Sed primùm : quia non erat CHRISTO cordi à tām turpi & illaudato authore profecta laus & personæ ipsius commendatio : Deinde quia tergiuersator ille maliciosus fraudulenter assentando moras nectere & quasi diem proferre exeundi ex illo homine infelici & calamitoso, mo-

*Matth. 8.v.
29.
Marc. 5.v.7.* liebatur : id quod ex aliorum Spirituū im-

mundorum historia apud Matthæum & Marcum pater.

Sed quo ore etiam sceleratus iste Patriarcha Sabariensis Diabolum doctrinam Apostolicam prædicasse, affirmare audet? Nam ut concedamus uerum esse per se, quod dicit CHRISTVM Sanctum illum D E I esse: tamen ex ijs uerbis, quæ sicut suæ confessioni præmittit, manifestum fit, ueritatem falsa & fal-

*Quomodo
lax, Diaboli
de Christo
confessio.* in ore mendacis mendacium esse factam: quandoquidem IESVM Nazarenum talē Messiam & DEI Filiū fatetur se agnoscere, cui cū Diabolis & eorum regno nihil sit

nego-

negotij. Propterea dicit: Quid nobis est tecum? Atque hoc pacto ueritatem diuinæ promissionis, quæ prima est in Paradiso facta, quantum in ipso est, conuellit: qua in promissione hoc disertè dicitur à Domino: Inimicitias ponam inter te, & inter mulierem. Semen ipsius conteret caput tuum: tu uero conteres ei calcaneum. Quibus uerbis mendacissimè contradicitur à Diabolo, negante quicquam ipsis cum CHRISTO, aut quod consequens est CHRISTO etiam cum ipsis negotij esse. Potes itaque nisi cæcus es, uidere noster Dalmata, insidiosissimum in ista confessione delitescere mendacium, ueritatis specie fucōq; conuelarum, atque ea re multò perniciosius, quàm euidentis in aliquod apertūq; (ut sic loquamur) falsiloquium. Nam quod M. Tullius quondam de Iniusticia hominū *Cicero Of.* in genere pronunciauit: Nullam esse capitulo rem istius generis pestem, quàm eorū *"de Iusfa.* iniustiam, qui cùm maximè fallunt, id agunt, ut uiri boni esse uideantur: id ipsum *"cia.* de mendacijs Diaboli rectissimè dici potest: ea nimurum tum esse maximè exitialia cùm id maximè author & pater mendacijs agit ut uerax esse uideatur.

Et tamen hæc Diaboli oratio si Iesuitis

H 5 credi-

Diabolis suis credimus, Apostolicam doctrinam contritor **Apostolus**: net: qui sanè Iesuitę cum suis Pontificibus, **licet doctrina** atq; adeò cum tota Romana Pseudecclesia, **Iesuitis**, diabolicas omnes doctrinas, in quibus aut officium **CHRISTI** negatur, aut beneficiorū eiusdē honos & gloria minuitur, pro **Iesuitae Dia-** Apostolicis amplecti soleant. Vnde facile **bolis finitis**: quilibet existimabit, quo iure, quaq; iniuria, nos iste hoc loco tacitè Diabolis cōpareret, qui ipse intereà diabolicum fremitum Apostolicam doctrinam illoto ore uocás, Diabolo finitimum se esse, quod ad doctrinæ professionē attinet, egregiè nobis demonstrat.

Altera cons 59. Non excutio breuitatis causa, quæ **clusio Iesui**, quasi retractans superiorem disputationē **tæ plena im-** de uocatione quæ fit per plebem, subtepietatis & **mendacio-** xuit. Ad conclusionem eius partis uenio, quæ prior in partitione fuit, ut initiò est ab hoc Pontificio Oratore (Si tamen Oratore potius quam cōductitio rabula ut supra etiam dixi,) propositum. Hac igitur in conclusione idem quod supra urget: nostros

59. Pastores omni prorsus uocatione carere, & nullam illis ministrantibus remissionem peccatorum, nullam beatitudinem & uitam æternam esse sperandam. Ad hæc, i-dola loco **CHRISTI** ab ijs, qui hos secten-

tur,

tur, adorari in cœna Domini: Cererem nimurum & Bacchum, ut Sacmentarij obijciunt Lutheranis.

Bene habet autem, quod suam conclusionem tam acerbam in nos torquens illud præfatur: Hæc cū ita sint: Ea intelligēs, quæ de utroq; uocationis genere ineptissimè disputauit, quæq; à nobis ex diuinorum literarum bona fide adductis testimonijs sunt refutata. Quid si ergo, & ego, (ut *Pari facili*
optimo iure videor posse) contrà excipiā: *tate conclu-*
Hæc cùm ita non sint? Atque per facilè hoc *sio Iesuitæ*
modo præferuida ista nostri accusatoris e- *insertur*
loquentia, tū autē granditas uerborum & *negatur.*
incōsulta uehementia in nerū erūper, aut
potius in fumum & fauillam euaneſcet.

Quod uero ad eos attinet, qui in Cœnæ *An reçlē Lu*
doctrina Lutherum securi à nobis dissen- *therū perti-*
tiunt, reprehendi eos à nostris (quod uo- *nacius sequē*
bis sit notum Iesuitæ) minimè negamus. *tes reprehensa*
Atque in primis in eo reprehenduntur, *dantur.*
quod Transubstantiatione, dea illa Papi-
stica, idololatriæ parente explosa ac repu-
diata, eius tamen sororem germanam
Consubstantiationem, pertinacijs reti- *Consubstantia*
neant ac defendant. Quę si admittetur, ne- *tiatio, Trāf-*
cēsse erit profecto (quod bona sit quorun- *substantiatione*
dam pace dictum) uobis cum unā panem & nis soror.
uinum

uinum ipsos adorare, haud paulò maiore, quām gentilium insanis, qui nō panem & uinum, sed horum authores adorabāt. Nec est, quod aut tu dicas à Papistis panem in C H R I S T V M transsubstantiatum adorari, aut fratres illi nostri affirment, C H R I S T V M se diuino cultu aspicere in Cœna, pani coniunctum. Nam Sacræ literæ C H R I S T V M non in altari, nec in pane, nec omnino in terris, (quod ad corpus seu carnē attinet,) sed sursum in cœlis quærendū esse docent, atq; etiam Spiritualiter colendum & a dora-
ndum.

Fratres cur agnoscantur à nobis qui in doctrina cœna ab Orthodoxis dis sentiunt. Dixi autem illos fratres nostros, propterea quodd nec in ueræ fidei fundamentis à nobis dissentiant, & eius culpæ, quæ hac accusatione obijcitur, quodd panem adorant perpauci eorum sint affines, atque ad eò nō alij, nisi quos adhuc aut Papistici fermenti reliquiæ capiunt, aut contradictonis Spiritus transuersos agit, ne in ueritate agnita acquiescant.

Dissidia in Ecclesijs Reformatis Hieron. Epi. ad Damas. 60. Sed paucula quædam hīc dicenda sunt de dissensionibus nostrorum, de quibus nimis uerum esse uidemus, quod in genere de peccatis scandala offerentib. quidam ex ueteribus pronunciauit, quodd nimurum illa sint ὥξια φάνηται θεμόναρ. Nullis enim

enim alijs epulis tam delicate pascuntur,
& suos Pontifices pascunt cacodæmones
isti Iesuitæ Romanæ aulæ parasiti, quam
commemoratione nimium (ut ipſi gloriā-
tur) prolixa, eorum certaminum, quibus
Ecclesiæ Reformatæ studijs partium undi-
que gliscentibus miserabilem in modum,
quasi inter se colliduntur.

Primum negandum non est nostris in *Responsio ad Ecclesijs*, quæ Papatus iugum ceruicibus obiectionem
excusserunt suis, dissensiones (& quidem de dissidijs.
de rebus maximi momenti) reperiri. Sed
tamen qui dissidia nobis exprobrant, E-
vangelij professoribus, suam potius pro-
dunt *τηλορενακιας* diabolicam, quā nos spo-
liant titulo uerae Ecclesiæ. Quid enim? An *Dissidianon*
dissidia notæ erunt Iesuitis sic statuenti- sunt notæ fal-
bus falsæ Ecclesiæ? Hoc certè si detur, nec *sæ Ecclesiæ*.
in populo Dei, quo tempore CHRISTVS est
exhibit⁹, uera fuit Ecclesia, ut potè in quo
uariæ sectæ fuerint, Pharisæorum, Esseno-
rum, & Sadducæorum. Nec primitua illa
Ecclesia ab Apostolis CHRISTO in cœlum
reuerso plantata, isto nomine digna cense-
bitur, quippe quæ diuersis sectarū & schis-
matum subinde exorientium factionibus
minimè caruerit, de quibus sic Apostolus: *Actor. 20.*
Ex uobis ipsis uestroq; numero exurgent
uiri

Epist. 1. Ca. uiri loquentes peruersa, ut abducant disci-
pulos post se. Et Ioannes : Ex uobis exie-
runt, sed non erant ex uobis. Nec uero ob-
scurum est unam Corinthiorum Ecclesiam
singulari studio à Paulo collectam, & in
CHRISTI fide institutam, et si multis ac il-
lustribus Spiritus S. donis ornata esset, mul-
tas sectas habuisse.

Quorsum
Deus contem-
tiones, scandala & haer-
eres in Ecclesia esse si-
natur.

Permittit hoc & ordinat etiam iusto suo
iudicio Deus, ut Ecclesia ipsius in hoc
mundo uersans, à contentionibus, falsis
doctrinis, scandalis & haeresibus tuta esse
nullo pacto possit: immò ut his assidue ex-
erceatur. Et hac quidem in parte haud ra-
rò Diabolo suas catenas laxat ac remittit,

Augustini ut non modò ambitiosa ingenia & ad con-
cum Hieron. tentiones nata excitet ad tumultuandum
nymo & Hie quodam quasi flabello, uerum etiam ex-
ronymi cum speret interdum eos ad sua dogmata mor-
Ruffino ad dicūs defendenda, qui nihil minus, quam
cerba con- turbare Ecclesiam & profectum uerbi DEI
tentio. retardare in animo habebant. Exemplō

Hieron. ad sint Hieronymus & Augustinus, qui quan-
Augusti. Epi. tis de rebus aliquando inter se dissenserint
30. & 33. ex eo intelligi licet, quod alter eorum al-
Ad Ruff. Ep. teri haeresim, & quidem sceleratissimam
pist. 40. attribuere non sit ueritus. Quid de Ruffini
cū eodem Hieronymo Tragœdijs attinet
dicere?

dicere? Qui sanè Ruffinus si hæreticus fuisset, & tot erroribus affinis, quot illi ab Hieronymo peribilem & iracundiam exprobrantur, nunquam hos duos Theologos Augustinus ad pristinam familiaritatem & gratiam reconciliare, tanquam utrosq; bonos viros & in fundamētis fidei orthodoxos, tētauisset. Quare non est quod nocifērētur Iesuitæ, hæreticos esse & quidē suo ipsorum iudicio condemnatos, qui amissæ interdum per altercationem ueritate, pertinaciter suis placitis inhærentes, acerbius sese mutuò criminantur. Sic sunt & dispensantur D^ri sapientis iudicia, ut improbum illud ambitiosè contendendi cacoēthes nequaquam ex moribus militantis huius Ecclesiæ extirpari penitus possit: ut ne quis in hac mūdi figura, quæ præterit, perfectam expectet consummationem corporis Christi, quam non nisi ad diem adventus ipsius consequetur. Interea monemur à Paulo Apostolo, ut omnes, qui a liquid aut perfectum aut ad perfectionem quam proximè accedens adepti sumus, idem sentiamus. Quæ uero nobis parum aut nullo modo conueniunt cū fratribus, expectari iubet, dū ea De v s ijs, qui bona fide Sacras literas tractant, reuelet ac patefaciat

August. ad
Hier. Epist.

34.

Philip. 3.

v. 15.

130 APOLOGIA PRO ECCLES.
tesfaciat per Spiritum sanctum.

Quod si Suita essem, & enumerandis ex-
probrandisq; dissensionibus, quæ in uestra
M.p.pseudecclesia uigent, ueluti sus cæni
uolutabro iuxta uobiscum delectarer, quā
Innumerabiles multas Monachorum & Monacharum, e-
dissidia pseu asq; inter se diuersissimas, a hostili odio
decclesiae inuicem pugnantes sectas proferre pos-
sem? Cuius tamē rei ut specimē habeas, le-
gas licebit, quæ aliquotab hinc annis He-
rebrandus Tubingensis contra tuos soda-
les Ingolstadienses doctissimè perscripsit,
cuius in libello anno 1577. edito, plus quā
cxxxv. ordines uestri, studijs ac ritibus
inter se differentes, multò autem magis di-
gnatione & meritis, ad alphabeti ordinem
recensentur.

At facit ille, dices, ordinibus Papisticis
luculentam iniuriam, qui ut nominibus dis-
cernantur & institutis, unitate tamen re-
ligionis & animorum inter se sunt deuin-
ti. Quām hoc uerum sit, præstantissimi do-
ctoris Ridæi Rhenensis potius uerbis quā
nostris declaremus. Sunt illius super hac
re uerba: Teterimum chaos ortum est in
Ecclesia hodierna per nostros Phariseos:
, inter quos non modica est diuersitas in si-
, de & alijs iam dictis: sed unus nititur me-
lior

*Lib. de Vita
et Honestate
Clericorum
cap. 8.*

Floruit cir-
ca annum

1467.

lior esse alio, sanctior, approbatori. Mino-
res fratres se sanctitate præferunt & iusti-
tia. Prædicatores scientia & doctrina, Au-
gustinenses, Carmelitæ, Antonitæ, Bene-
dictinenses, Bernarditæ & omnes alij, sibi
mutuò contrariantur, obloquuntur, & sæ-
pius alij alios persequuntar: in quibus ue-
ra animorum diuersitas non unitas inue-
nitur. Habes M. pater quām bellè ordinib.
uestris inter se quod ad fidem & religionē
attinet conueniat: & potuisti in Bembive-
stri Epistolis aliquid legere de Cicestrinen-
sium contra Ambrosianos furore & Tragœ-
dijs: itemq; in uolumine Clementinarum Clementin.
de Beguardis monachis & Beguinis, qui-
bus Ordinibus ipso recensente Pontifice Lib. 5. De
Rom. octo hæreses flagitiosissimæ & sacri-
legiorum plenæ obijciuntur: ut tu & om-
nes Papistæ desinatis tandem dissensiones
nostrorum aquilinis aut viperinis potius
notare oculis, ad proprias talpæ.

Lib. 6. Epist.

Clementin.

Lib. 5. De

Hæret. Tit.

3. Cano. Ad

nosrum.

Vide etiam

Bernardum

Lucéburgen

sem. l. 2.

lit. B.

61. Thæc quidem de uocatione legi- Refutatio
E tima Ministrorum Ecclesiæ ex Pa- secundæ par-
patu uestro Antichristiano refor- tis declama-
matæ tibi sunt responsa. Reliquum est, ut ad tionis Iesu-
ea, quæ de Sanctitate uitæ & innocentia ticæ.
ueri Ministri Eucharistiæ, (ut tu quidem lo-
queris)

132 APOLOGIA PRO ECCLE-
queris) posteriori parte declamationis i-
stius disputantur, sic transeundum.

Ais Missæ sacrificium, in quo CHRISTVS
à Sacerdote contreditur, & DEO Patri of-
feratur summa animi & corporis castitate
& uitæ innocentia prorsus Angelica pera-
Missa nihil gi oportere. Nos de legitimis ac ueris Sa-
minis quam cramentis idem affirmamus, ex quorum
Sacramentis censu Missa uestra idololatrica meritò ex-
cluditur, cum nec nomen quidem huius in
Scripturis Sanctis extet, nec horrenda illa
blasphemia, quā hæc continet, CHRISTI
oblationem unicam prophanans atq; euer-
tens, ferri in Ecclesia debeat.

Reuerentia Absit ergo, ut aliquid cum illa commu-
Cœnæ Domini ne habeamus, à qua totis pectoribus abhor-
ni debita se remus. Cœnam sanè Domini iuxta Dei in-
dulò inculcā stitutionem cum religione, sanctitate, re-
da. reuerentiaque, utpote corporis & sanguinis
CHRISTI Sacramentum, exhiberi ac-
cipi q; nos præcipimus, & fidelium coeti-
bus sedulò inculcamus ex Apostolo, profa-
nam & indiligentem huius tractationem
ingentium pœnarum in hac etiam uita, ac
tristium calamitatum publicè priuatimq;
esse causam, uindicare in eos Domino, qui
corpus Filij ipsius non discernunt.

2. Sam. 6. v.
6.

64. Exemplum Osa subitò à Domino per-
eussi

euissi & exanimati, quis non uidet contra uos facere? Ut enim ille non recte nec de-
center ferebat arcam, bobus ignavia ipsius & oscitantia in transuersum declinanti-
bus: sicut uos Ecclesiam uestram à recta sim-
plicitate diuinæ institutionis declinare tifios.
passi estis ad humana commenta, salebras-
que mendaciorum, & mox temere spurcas
manus Sacramentis admoventes, turpissi-
mis ea & ipsi Diabolo erubescendis, aut (si
ille uobiscum unà nescit erubescere) certe
ridendis sordibus abominandarum super-
stitutionum polluistis. De Abiathar autem Sa-
cerdote, & quæstione huius posterius rea-
spondebitur.

62. Iam uero prodis aperte, quid Missa 63.
uestra tam splendide commendanda effe-
ctum uelis, dum omnem effrenati oris uiru-
lentiam in coniugatos & matrimonij le-
ge copulatos Ecclesiæ ministros effundis. Commendat-
io Missæ Pō-
tissimæ frauz-
di est Matri-
tis instituto.
Quorum duo genera constituis: Vnum monio diuini
eorum, qui à uestris catholicè ordinantur, tñs instituto.
Vide autem hic an non rectius fueris di-
cturus, Romanè, quam catholicè: ni-
si forte in Dialectica Jesuitica uniuersale Contradic-
tio in Phra-
si Catholica
cum particuliari idem ualeat. Alterum eo-
rum, qui ab haereticis sunt ordinati, hoc
est, ab ijs, qui patefactam in uerbo Dicitur
Romana.

134 APOLOGIA PRO ECCL.

ueritatem & uniuersam Scripturam ample
etuntur, Romanorum autem Pontificum
commēta, superstitionesq; ex eodem DEI
uerbo detestabantur. Priores illos, quōd fa-
cratissimæ Virginis matris, & D E I Patris,
Filium, spurcis manibus contrectent, cir-
cumferant & crucifigant impuros abomi-

Puri Laici nobiles, sacrilegos pronuncias. Hos uero,
quōd dicitur quōd puri Laici sint, quamobrem à Matri-
monio arcendi esse uideantur, causam nul-
puris Clericis, serēdum lam esse contendis. Ego uero impure Cle-
rice de ruis cacolycis Papisticè ordinatis il-
est.

Ipsi Iesuite sacrificiorū suorum pro-
pria ratiōne recensent. *Impudentia* *Iesuitarū* &
Uercordia, *La-
ies* uocanz
iū Ref. Eccl. *Minis-
tros.*

la attributa omnia per facilē admiserim, cō-
cesserim q; libens, impuritatem, abomina-
tionem, sacrilegium, Missaticæ idoloma-
nię, & Missariorum sacrificiorum propria
quædam ornamenta esse. De his itaq; non
certabo tecum, quōd ad nos minimè atti-
neant. Instrue eos, ut lubet, obiurga tuo ar-
bitratū & exhortare: dum illud si possis, ca-
ueas, ne Æthiops Æthiopes dealbare, aut
uerius latro latrones carpere, & ad uirtu-
tem infleſtere uelle, irrito labore uidearis.

63. De nostris respondeo, quos tu & fru-
strā & improbè in ordinem idiotarum co-
gere laboras, cùm & Sacrarum literarum
cognitione per D E I gratiā excellant, mul-
tò magis quām Rasi illi tui, & axungia Pa-
pali

pali delibuti, non Eucharistiæ, sed Missæ Pontificij Sa
administri: & ut suprà diffusè ac perspicuè cristiculi non
à me est ostensum legitimam, ordinariāq; Eucharistiæ
uocationem, (licet rot sententijs & sena- *sed Missæ ad-*
*tus consultis uestris confixi,) ad Ecclesiæ mi- *ministri,*
nisterium exercendum habeant.*

Neque tamen id ipsum, quod ueri sint
Ecclesiæ ministri impedimento ipsis est,
quominus pleriq; qui se charisma illud cō
tinentiaæ non habere sentiunt, sancte in Do *Eccl. Ref.*
Ministri cur
mino Matrimonium contrahant, maritiq;
fiant, ut hoc remedio à D E o concessò &
instituto, libidines uagæ, & quæ ex his na-
scuntur scelera, in quibus uos impunè uo-
luntamini, & turpis etiam concupiscentiæ
flamme ac incendia auerti declinariq; pos-
sint. Castitatis enim in cœlibatu si charisma
cōtinentiaæ desit, prælia sunt dura, (ut præ- *Augustinus*
clarè Augustinus inquit:) Vbi quotidiana *lib. de honestate Mulier-*
est pugna, rara autem uictoria. *rum.*

Omitto hic multa ex diuinis literis testi-
monia colligere, quibus dogma istud im-
pium de Sacerdotum cœlibatu in cōtem-
ptum primæ illius in genere humano ordi-
nationis diuinæ excogitatum, refutetur.
Possum diuinam benedictionem proferre,
qua confirmatum honestatumq; Matrimo-
nium, nec ministerio Ecclesiastico, nec alij

ulli uitæ generi labem ac dedecus asperge
re potest. Quò respiciens Apostolus gra-
uissimis uerbis *τιμων* illud esse affirmauit,
& *επικαυτοριψις*, quem locum suprà etiam
citauiimus.

Quid in Sac-
cerdotibus Deinde in promptu sunt veterum exempla Sacerdotum, sub priori Testamento,
Vet. Testa- quorum uos cum tanto studio decumas ac
menti maxi- pompam uestium unà cum ritibus quibus
mè probet ac dam & Ceremonijs, non sine iustissima tu-
defendant daismi accusatione defendantis, debebatis
Pontificij, eorundem etiam sanctimoniam, castita-
temq; coniugalem imitari, explosis mere-
tricibus, quarum ingentem numerū & am-
plissimos greges suis in uiuarijs, uel Ro-
ma illa uestræ sanctitatis scaturigo palam
fouere dicitur. Caut autem istud ex co-

Lupanaria Barthola-
Romæ. uenticulorum nugis ac circulorum aut ex
uagis ruinoibus habere me existimes. Au-
dent, qua sunt impudenteria, iure consulti ne
stræ lupanaria Ecclesiæ Romanæ, quæ tole-
rari ex iure naturali ob ualeudinem reli-

Mæus Cappa- quas necessitates debeat, uoluminibus
næus Glor. etiam editis defendere. Et adhuc indi-
Mundi parte gnabimini nobis si Romanam uestram, Anti-
12. confid. christi sedem appellabimus Mereticem il-
77. p. 370. lam matrem fornicationū & abominationum terræ, qua in urbe & sede accepimus

ex

ex ipso forum Pontificum numero fuisse non *Ioannes* 13. neminem, qui in scorri complexu uitam finiens fœtidam & abominabilem animam 964. *Vide* exhalauerit, ut recto tramite ad Satanam *Platinam* & transiret, cui uiuens plenas uini pateras *Luitprandi* præbibere erat solitus. *Sed hoc* *v. παρόδη* in lib. 6. gratiam Sanctissimorum.

Constat autem Prophetarum etiam nō nullos coniuges habuisse suas, inter quos princeps Ezechiel uxoris suæ mentionem *Ezech.* 24. facit. Tām autem non erat probro sanctis. v. 16. 17. simo & præstantissimo Spiritus S. organo, 18. uxor, dum Ecclesiæ ministrans doctoris officio fungeretur, ut non sit ueritus diuinissimo libro suo aliquid etiam de tempore mortis illius inferere.

Nec in nouo etiam Testamento quis- *Matth.* 8. v. quam ignorat Petri socrum, & Philippi Eu- 14. uagelistæ quatuor filias Prophetantes: nec *Aet.* 12. v. etiam Pauli comparem germanam ex Epi- 9. *Clemens* stola ad Philippenses, quem tamen locum *Alexandri*. non tām ego, ad Pauli Apostoli uxorem *Stromatum* refero, quam *Clemens Alexandrinus* ex lib. 3. ueterum sententia de illa interpretatur. *Philip.* 3. v. Sed abscedamus paulum ab ijs testimo- 4. nijs & exemplis, quæ ex Sacris literis in- numera depromi possunt. Ad antiquita- tem ueniamus Apostolorum temporibus

proximam, cuius traditionibus plus etiam honoris deferunt Iesuitæ, quam ipsis Scripturis sanctis.

Epistola ad Dracontium. 64. Athanasius de Episcopis Ægyptijs

& de Monachis ita scriptum reliquit. Mul-

, , ti ex Episcopis matrimonia non inierunt:

, , Monachi uero liberorum parentes sunt fa-

, , eti, quemadmodum uicissim Episcopos fi-

, , liorum patres animaduertas. Ignatius au-

Epist. ad Philadelphienses. tem uerustior Athanasio, (quippe qui Po-

paz. 43. P. 42. lycarpo auditori Ioannis Euangelistæ ovu-

fuisse perhibetur) sic inquit: Gratulor uobis uirgines sanctimoniam, ut He-

liæ, Iesuæ, Melchisedech, Elisæi, Ieremiæ,

Baptistæ, Ioannis, Timothei Titi, Euodij,

Clemententis, qui cœlibes uixerunt. Et mox

addit: Horum facta à me mentio est, non

quo uituperatos uelim reliquos Santos,

qui nuptijs copulati fuerunt. Opto enim

D e o dignus in ipsorum uestigijs inueniri

in regno D e o: ut Abrahami, Iaaici, Iaco-

bi, Iosephi, Elaiæ, & aliorum Prophetarum:

item ut Petri, Pauli & aliorum Apollo-

lorum, qui in consuetudine coniugali ui-

xerunt.

Pag. 43. Eadem Epistola Apostolico prouersus Spi-

ritu dicitur ab Ignatio: Si quis D e v m &

C h r i s t u m confiteretur, corruptionem

autem

autem & immundiciem uocat legitimam
conjugij mistionem, & liberorum procrea-
tionē, aut cibos quosdam abominabiles,
talis habet incolam seu inhabitatorē Dra-
conem illum Apostatam. Qui quidem I-
gnatij canones, Apostolorum etiam asse-
rentes coniugium, disertissimē ostendunt
Syricij decreta & aliorum, quæ consuetu-
dini coniugali Sacerdotum, mundiciem &
puritatem auferunt, contaminationem au-
tem & pollutionem tribuunt, doctrinam
esse à Diabolo profectam. Nec uero est isto
loco audiendus Hieronymus, qui Iouinia-
no quondam Petri coniugati aliorumque *Cōtra Iouin.*
Apostolorum obijcienti exempla sic respō *Ibr. 1.c. 14.*
debat, ut negaret Petrum posteaquam in
Apostolatum fuerit assumptus, officiū cō-
iugale retinuisse: eò quod ex persona om-
niū Apostolorum dicat: Ecce nos reliqui-
Matth. 19.
mus omnia, & sequuti sumus te. Quod in-
v. 27.
eptissimum cōmentum perspicuè ex uer-
bo D. t. i. Bonauentura Rom Ecclesiæ Pres-
byter & Cardinalis refellit, cū inquit: So
crus Petri tenebatur magnis febribus. Sed *De Temp.*
si soerus erat, eius filiam Petrus habebat in *Serm. 32.c.*
uxorem. Nec eā ob CHRISTI discipulatum *“*
dimiserat, quia Dominus contrarium dice *“*
bat: Matrimoniū nō esse malum, sed bonū. *“*

Lib. 4. c. 23. Dionysius Corinthius Episcopus, teste
 Eusebio, Epistolam ad Gnosios Cretenses
 scripsit, in qua Pinytum diœcesis illius E-
 pis copum adhortatur in hæc uerba: Ne gra-
 ue illud onus de cœlibatu fratribus tanquā
 necessarium imponito: habeto potius ra-
 Socrates l., tionem multorum infirmitatis. Quid plu-
 1. c. 11. Soz. ra? Satis nota est. Nicenæ synodi molitio
 zom. l. i. c. de perferenda nouitia adhuc cœlibatus le-
 23. ge, cui cum sonora uoce contradicens, in-
 tercessisset Paphnutius, à Synodo fuit ab-
 rogata, ut authores sunt Socrates & Sozo-
 menu. Et audi tandem Dalmata Synodū
 Vide Gra: Gangrensem, in tuum caput, his uerbis ful-
 tianū Ca: minantem: Si quis discernit inter Presby-
 non. Si terum coiugatum, tanquam occasione nu-
 quis Dist. ptiarum, quod offere non debeat, quodq;
 28. non oporteat eo ministrante de oblatione
 percipere, & ab eius oblatione ideo se ab-
 stinet, anathema sit.
 Quod si exemplis etiam est opus, Hila-
 riusr celebris Pictauiensis Ecclesiæ in Gal-
 lia Episcopus, teste Mantuano Poëta Pon-
 tificio coniugatus fuit. Nam ut inquit ille;
 Non horruit illa Tempestate Deu's thala-
 mos, cunabula, tædas. Idem legimus in hi-
 storijs de Nazianzeni patre, de Nileno, fra-
 tre Basili, de Spiridione, de quo illud con-
 firmat

firmathistoria: cùm uxorem & liberos haberet, non tamen propterea fuisse in diuinatum rerum exercitatione alijs derie riorem.

Huc adde patrem Basilij, & quos Vice lius etiam, alioqui adulator Pontificius inter coniugatos recenset: Valerium, Felicem Tertullianum, Leonem, Siluerium, omnes Episcopos aut Presbyteros. Quo mai ore est tua Monache Pseudonyme temeritas & impudentia, qui diabolico prorsus ore tot præstantissimos viros, tot clarissima Ecclesiæ lumina, pro fornicarijs, incestuosis, sacrilegis ad Tartara detrudere, & damnationi æternæ addicere (nihil ipse æternæ damnationis ignem sacrilegis diuinæ ordinationis obrectoribus debitum perhorrescens) non erubuisti.

65. Sed non obrectamus matrimonio, *Affluta Iesu:* inquis. Nec Ecclesia catholica matrimonia *tarum exce-* prohibet legitima, sed tantum pro sua au- *pia.* thoritate lege cauet, ne quisquam ad Sacer dotium, nisi cœlebs admittatur. Responde ergo hoc primū mihi Iesuita: Quomo do sibi satis consteruestra Ecclesia non nisi cœlebes ad sacerdotium admittens? Cùm aliquando sanxerit canonem in hæc uer- *Dist. 28. C. 4.* ba: Diaconi quicunque, cùm ordinantur, si Diacom, in

„ in ipsa ordinatione protestati sunt dicentes se uelle habere uxores , nec posse contineare : hi si poste à ad nuptias peruererint , maneat in ministerio . Deinde & illud respondere : Ecquidnam inter sit inter hæc duo : Si prohibeas certis in personis coniugium : Et , si easdem personas proposita infamia & reiectionis à sacerdotio pœna , à coniugio arceas ? Nónne hęc παράνυμα sunt ? Quā-

Pontificij tillum interualli inter hæc intercedit ? At dedecorum qui illud antiquum omnino proprieq ; suū suorum cal- obtinent Pontificij , ea ut se docere negent , lidi abnega- quæ in ipsorum libris totidem literis , & tores . ijs quidem sæpè uncialibus ut sic cū Hieronymo loquar , perscripta digito monstra Tom. ult. in præfat. libri ri possunt . Ut autem cōstet liquidiū apud Iesuitas , Euangelicis esse oculos , ut hos nō necesse habeant utendos petere à Pontificijs , age aliquot insignia testimonia contra ipsos ueteratoriè suam nuptiarum prohibi-

Contra Iouianum & passim. bitionem eiurantes , producamus . Hieronymus ipsorum , ista in parte profecto nec pius nec orthodoxus , nuptias quaslibet

damnavans , finem earum mortem esse contendit , quemadmodum & peccati . Et quia *Gratianus* Causa 3 i.q. semper orandum est , inquit , ideo nūquam *Can. Quo-* coniugio seruiendum . Et hoc torquet il modo . Iud Matth . 24 . Væ prægnantibus . Itē : Hæc una

una est, inquit, differentia inter uxorem & scortū, quod tolerabilius est uni esse prostitutam, quam multis. Illud autem manifestissimum: Si propter angustiam tēm- Lib. 5. Com-
potis habentibus uxorum usus tollitur, ment. in Ier.
quād magis non habentibus ne acci-
piant, imperatur?

Tertullianus autem: Matrimonij, in- Tib. de Ex.
quit, & stupri uideretur esse differentia, sed hortat. Caff.
utrobique est commissio. Ergo, inquis, &
primas nuptias damnas? Non immeritò:
quia & ipsæ constant ex eo quod est stu-
prum. Contradixit impia huic & nequa-
quam Christianæ Hieronymi & Tertullia-
ni sententiæ pluribus in locis, nec absque
uehementia D. Augustinus præter alios
multos rectè de nuptijs sentientes. Lega-
tur liber Definitionum Orthodoxæ fidei
cap. 3. Consentanea istis dicunt Papistæ o-
mnes, & in his Iesuitæ, quantumcunq; pin-
gere impia sua dogmata, & suspicionē pa-
trocrinij doctrinæ dæmoniacæ amouere à
se ipsis studeant. Perpetua enim ipsorum Pontificij cō
est consuetudo, opponere coniugio casti- ingium & ca-
tatem, ita ut unum ex his perimat alterum, stitare em eorū
unde si ipsis credetur coniugium necessa- trariè inter-
riò pro re incesta & impudica damnabitur. se opponunt.
Sed respóde mihi si potes Iesuita, si matri-
monium

144 APOLOGIA PRO ECCLESIA
monium est ut uos statuitis Sacramētū; qui potest castum non esse? Aut cur Sacra-
mentum istud incestos facit utentes ipso,
cūm Sacramentorum ea conditio sit, ut per
Sacramētū illa etiam sanctificari nos oporteat? Quale
cūm sit Matrī moniū, ta participantēs, ad quos peculiariter pertinet Sacra-
men^{probro}tū, ad quos peculiariter pertinet Sacra-
est sacrificiū
lis.

79. sylum authoritatis & constitutionum Ec-
clesiæ, ueluti latrones in speluncam uol-
met recipitis: affirmatisq; castum esse in a-
lijs ordinibus coniugium, præterquam in
Sacerdotibus, quorum matrimonia ince-
stus sunt & sacrilegia, ob uiolatam Ecclesiæ
authoritatem, quæ lege cavit, neminem
ad sacerdotium, nisi cœlibem esse admit-
tendum.

Papistici do-
ctores in uni-
uersum nu-
ptiarum ho-
sties.
66. Ego uerò bone vir paulò antè ex-
Hieronymo & Tertulliano, qui mordicus
sunt diametro cōtra Scripturam sen-
tientes defenduntur, probauit atque ex uer-
stra etiam castitatis & coniugij flagitiosa
antithesi cōstat: omnes omniū nuptias, cu-
iuscunq; sint ordinis; (ex uestro q̄uidem
sensu) incestas esse. Alioqui enim nec Sa-
cerdotes

cerdotes incestare (ut hoc Virgilianum uerbum usurpare liceat) nec stupri ac prostitutionis loco haberri possent nuptiæ, quorum uos utrumq; firmiter assueratis.

Porrò autem abs te quæro, an non Satani- Satanica
ca potius quā Ecclesiastica authoritate & est, non Ec-
lege sit cautū, arcendū esse aliquē à Sacer- clesiastica au-
dotio, qui cœlebs non sit? Quid aliud hoc thoritas quæ
est, quam matrimonium, sub pœna infamię nuptias pro-
& à ministerio Ecclesiastico reiectionis biberet.

diabolica doctrina in Ecclesiam introdu-
cta prohibere? Sed de hoc suprà egimus: & Sentent. lib.
legi potest in libro Sententiarum, Leonis 4. Dist. 37.
Papæ Canon, coniugium Clericorum cer- Nunc ergo.
ta ratione permitrens, prohibitioni Ponti-
ficiæ uehementer contrarius.

67. Ais præterea matrem Ecclesiam non 80.
cogere quenquam, ut castè uiuat, sed si ue- Prodigiosa
lit Sacerdotio fungi, cœlibem ut uitam Iesuitarum
ducatur. Hæc tua mi suavis homo, uerba sententia de
sunt. Dico autem ego, nec matrem ho- sua Ecclesia.
nestam esse tuam Ecclesiam, nec matro-
nam, sed meretricem, quæ non sic instituat
suos liberos, ut castè pudiceque uiuant.
Plus satis notum est illud uestrum: Si non
castè, caute. Quod quidem iudicrum
ioculare fictitiumq; dipterum uideri pos-
set, nisi in Canone Cœlestini Papæ fun-
damentum

146 APOLOGIA PRO ECCL.
damentum haberet, in quo hoc præcipitur:
Episcopum aut Presbyterum de Stupro aut
Gratianus adulterio perpetrato cum ijs mulieribus,
Causa 30. quæ ei sua fuerint peccata confessæ, accu-
Quesit. 1. satum atque conuictum, tum denique esse
Non debet. deponendum, cum astu solertiaque cauere
Idem confir- non potuerit, ne in conscientiâ populi de-
mant Scho- ueniret: si uero fallere noticiam populi ua-
lia Can. Si luerit, minimè esse puniendum.
quis Dif. 81.

Et Can. Pres Quis hic non uideat Papisticum Cano-
nem ab hoc Scelestino ad ueterum potius
gentilium præscriptum & rationem, quam
ad Dei mandatorum instituta conforma-
Plutarch. in tum? Tradunt historiæ licuisse Spartę pue-
Vita Lycurz. ris ac adolescentibus furari legibus Laco-
nicis: sic tamen, ut deprehensi flagitiis cede-
Hypocritæ rentur. Quod Lacedæmonij sanxerunt o-
ce Papista- lim de puerorū furtis, idem decreuit Pont.
rum contra Rom. de suorum Rasorum adulterijs. Et
Clericos scor quemadmodum poena illa deprehensorū
iātates & adul- in furtis puerorum non ad coercenda fur-
teratēs disci- ta, sed ad excitandam eorundem furantiū
plina. nequitiam, ut callidè ingenioseq; furaren-
tur, pertinebat: sic Pontificius Canon in
eos solum Sacerdotes, quorum adulteria
publicè innotuerint, poenam statuens, non
tam mœchari Clericos prohibet, quā eos-
dem in mœchando cautē prouideq; uersa-
ri præ-

ri præcipit. Nec uero temerè abstinet à co- Curnon co-
gendo ad castitatem Ecclesia cacolyca, quę gat quenquā
ipsa casta non est, sed fornicationibus spi- Ponūficia
ritualibus & corporalibus contaminatis. Ecclesia ad
sima. Nouit optimè mundus uestras (ut de casto uiuere
sola externa fornicatione in præsentia, à diuin.
nobis agatur, fœditates, quę non in Anglia
solum compertæ sunt (ubi circiter annum
Christi M. D. x x x v i i. uisitatione per diœ- Casta Pa-
ces, Henrici v i i. Regis iussu facta, ingēs Religio.
numerus Monachorum adulterorum, scor-
tatorum, pæderastarum, in Monasterijs est
inuentus, quorum etiam nomina in libro
Breuiarij compertorum, qui publicè extat, Liber Cap.
recensentur:) nec solum in Germania, ipsa- dy seu Br.
que Italia, & in alijs circūiacentibus regnis uiarij con-
deprehendi solent, uerum etiam inter ru- pertorum.
dera parietinasq; claustrorum & cœnobio-
rum dirutorum, in nostra Vngaria ad ho-
diernum diem, non sine horrore uisuntur.
Vix ulli certè fuerūt monasteria, ijs ex mo-
nasterijs, quorum à fundamentis iusto Dei
iudicio euersorū infusa cadauera in hac
patria hodie cernimus, quin habuerint
quædam aut subterranea aut alioqui se- Mondalifou
creta & tenebricosa inter ipsos parietes lo- riorum pa-
ca, ubi ossa mortuorum infantium recon- trires, calibes
derentur, ex effreni ociosorum ac delica- tamen & cas-
fli.

148 APOLOGIA PRO ECCLES.
torum Monachorum (cœlibum tamen o-
mnium & castorum) fornicandi licentia
progenitorum. Non sanè ineptè nec fal-
Lib. 22. pa.
226. sò Volaterranus monasteria uocaret so-
latium miserorum, & decoctorum refu-
gium: nisi exiliter admodum & minutè fœ-
dam istorum locorum conditionem de-
scribere uideretur. Nam præterquam quòd
sua culpa miseri & decoctores in hæc se la-
tibula abdere solent: nihil errabis, si quo
tibi passim claustra conuentualium occur-
rent, totidem ganeonum, scortatorum,
homicidarum, pueriorum, mollium ci-
nædorumq; castella & receptacula uidere
Scriptorum te minimè dubitás affirmaueris. Sed eodē
Pontificiorū ingenio prædicti sunt scriptores Pontificij,
natura et in- quo iam à principio Iesuitas nostros præ-
genium. ditos esse diximus. Attingūt quidem stylo
suo regni istius Babylonici fordes turpissi-
mas: Verùm de his sic plerunque timide &
quasi uacillantibus dğitīs scribunt, atque
si Locrensibus conderent leges, aut Ele-
phantro assem porrigerent: ut in prouerbijs
dici solet.

68. Possem multa sanè testimonia profli-
gatae & detestandæ Monachalis libidinis
adducere, nisi ab ijs commemorandis ip-
sa abhorret oratio. Porrò autem nec
ita

ita ualde necesse est huius generis exempla recenseri quibus Papistarū libri, (ipsius *Papistae* D*e*i iustissimo iudicio ad probra sua enarranda monachos impellente,) sunt refer- *præcones suorum scelerum.*
 tissimi: tacentibusq; nobis istorum turpitudines non loquuntur solum, uerum etiā Proclamat. Immò uero Pontificij scripto: *Esa. 3. v. 9:* res, Sodomæorum peccata sua prædicantum mensurā in eo excesserunt, quò d mortuos Sanctos, in primisq; Mariam B. V. im- pudicissimis cogitatis factisq; suis, ac de- testabili nequitiae patrocinari non obsecrè prædicant. Legat cui erit ocium quiq; pauculas aliquot bonas horas perdere nō grauabitur, sermones Discipuli de Tépo- re, ubi sermone 164. monachus quidā Cœnobij Secretarius salutata subinde Virgine Maria, cum eius licentia, (sic uerba sonant *Monachus* historiæ obscenissimæ) ad scelus delibera- *cum licentia* tum perpetrandum nocte intempesta egre *Mariæ scors* di solitus fuisse narratur. Legantur etiam *tans.*
 huius argumenti miracula B. Virginis ab hoc ipso Discipulo collecta, itemq; uolumen quod Speculum exemplorum inscribitur. Sed nimirum recentiores Monachi ac sacerdotes castitatis in cœlibatu sunt studiosiores. Nam in alta pace, & ignauo ocio superioribus seculis permultos fuisse ui-

ta moribusq; dissolutos , saniores Papistæ
ultrò fatentur. Nos uero Papisticum Cle-
rum qui hodie est, ex ipsorum regula cau-
tiorem quidem esse, quam priscum illud
Monachorum uulgaris fuerit , concedi-
mus: castiorem autem esse audacter perne-
gamus.

Non longè abieris M. Pater. Considera
recum , quid hominis sit præter innume-
ros alios , articularius ille & unguentatus,
qui nuper Agriam uagabundus lustrauit
Episcopus. Tonstrinæ ipse de tanto præla-
to palam quotidie , quod uerissimum est,
loquuntur: Eum dum his in terris stante ad-
huc Papatu sit uersatus , maximum fuisse
Sodomitam : & posteaquam hinc istò , ubi

Parcitur non mini istius. nunc uiuit , migrauerit , cœlum mutauisse,
Scriptum est enim: Nolite tangere Chri- non uitam impuram in melius conuertif-
scilicet. se: id quod eiusdem turpitudinis cōtinua-
tione abundè sit testatus. Quare nihil pro-
piùs factum esse semel atq; iterum , (quem-
admodum primarij viri , qui in re præsentí
fuerunt grauissimi testes confirmant) quā

ut ex ipsius Papistici cōsilij sentētia , carni-
fici infelicibus lignis ustulandus tradere-
Indulgēs matetur. Et sic se res habet. Esset enim haud du-
Rom. Eccl. ter Rom. Eccl. biè traditus , & suo merito quidē , nisi (quæ
matris uestræ Ecclesiæ M. pater erga im-
pueros

puros liberos misericordia est, & indulgentia, satis ornatè diserteq; tua isthac oratione celebrata) per ipsos iudices noxæ esset exemptus: qui ipsi sibi, (ut credi par est) malè consciī erant, haud multū illis absimiles, qui sigillatim è templo exibant, posteaquam CHRISTI respōsum de muliere adultera, ab ijs, qui sine peccato fo- *Paræmia ad*
rent, lapidibus obruēda audiuisserent. Quid pud *Varro* plura attinet dici? Satis notum est uetus il- *nem, Lib. 6.*
lud ac uerissimum uerbum apud M. Var- *de Lingua*
ronem: *Canis non est caninam.* *Latina.*

Habet tamen hic talis apud uos unā cū *Reuerendus*,
sui similibus, *Reuerendissimi appellatio-* *dior, dissi-*
nem. Sic enim Episcopos uestros compel- *mus, ex Papî*
lare soletis: non sanè ineleganter Episco- *stica Gram-*
palem dominationem ac uirtutē: hoc est, *matica peti-*
rem proſus nullam, uerbo, quod in lingua *ta comparâ-*
Latina est nullū, declarantes, ut M. Tullius *tionis formu-*
cuidam olim obijciebat. *la.*

Porrò autem hic talis, Papæ authorita- *Cicero Phi-*
tem princeps in Vngaria propugnat, (sci- *lippica Ora-*
licet ut labra lactucis quadrent:) hic pios *tion. 13.*
uerbi Diuini Ministros, quos aperta ui non
potest, calamo & dentata charta, scriptis-
que uirulentis inseſtatur. Edidit nuper U-
garica lingua (nihil enim quicquam ut in-
ſigniter est rudis, hactenus Latinè, quod

nos sciamus scripsit) huius pro p e modum argumenti libellum, in quo eadem rationes: quæ hic M. pater ad oppugnandam uocationem nostram assert, repetuntur: ut hic

Occasio scri nere uix possis. Ea cùm ego pro nostris ho
ptæ huius A. minibus raptim refutanda suscepissim, &
pologiae. negocium iam ad medium fermè processisset, tum denique in Acta Sabariensia incidi, ex quibus hanc Orationem quòd aliquid neutrorum habere uidebatur, in præsentia mihi examinandam confutandamq; desumpsi. Quapropter supersedendum esse statui labore uernacula lingua cum illo concertandi: hæc eadem quæ tibi M. pater respondeo, tibi ille etiam responsa putet.

Volo enim uos tāquam duos parietes solidos de una eadēq; fidelia dealbare. Sed nimis uereor, ne Æthiopes sitis potius, ut suprà quoq; memini, qui nec ipsis uos mutare pellem uestram, (ut est apud Propheta) nec ab alijs ullo pacto dealbari positis. Verū ad id unde discelsit, nostra, nostra reuertatur oratio.

69. Faremur itaq; stolide Dalmata nihil abs te esse ista in oratione ueriū pronunciatum, quām quòd negasti ab Ecclesia uestra. *QVANQVM COGI VT CASTE*

VIVAT: sic tamen ut aliquid huic tuæ confessioni ingenuæ deesse videatur. Nam Suppletur, cùm aīs Ecclesiam uestram non cogere quod deest suos, ut castè uiuant, dicis benè, sed non ingenuæ Ie- plenè, ut loquitur alicubi Augustinus: quā- fuitarum cō- doquidem uestra Ecclesia non solūm non fessionide cogit ad castè uiuendum quenquam, ue- sua Ecclesia. rum etiam innumeros homines diabolica ficti cœlibatus lege, ad fœdè incesteque ui- uendum, aut compellit aut certè inuitat: dum plus honoris defert concubinarijs & scortatoribus, quām coniugatis. Quemadmodum capitalis ille Eccius in Enchiridio de Cœlib. p. scribere ausus est in hæc uerba: Is, qui plures habuit concubinas, potest in Sacerdotem consecrari: qui uero plures legitimas uxores, non potest: & addit rationem, quia uxoratus non potest accommodari ad representationem Sacramenti. O' peruersitatem diabolicam, ô sceleratum uertiginis & fornicationis spiritum. Non exigit in præsentia illud quod contra Augu- Lib. Definit. stinum pluribus concubinis implicatos contra Orthod. fid. consecrari in Sacerdotes posse garrit. Cùm ille de Clericatus impedimentis agens sic aliquando scriperit, si modò liber non est Φευδατηραφο: Maritum duarum post baptis- mum matronarum Clericum nō esse ordi-

nandum. Neq; eum qui unam quidem, sed concubinam habuit non matronam. Tantum Augustinus. Sed illud minus etiam in Eccio ferendum est, quod concubinarios praे� uxoratis honorandos esse statuit, ut sacerdotio etiam sint dignandi, à cuius dignitate coniugati arceantur.

Enchiridion At fortassis aliter sentiunt Iesuite, & En-
Eccianū pū- chiridio illo Ecciano nihil utuntur. Immò
gio quidam uero hoc Enchiridion: id est, hunc pugionē
Iesuitarum. (hac enim significatione istam uocem usit
Herod.li. 1. pat Herodotus) semper & ubique suis in
manicis, inq; marsupijs circumferunt teli
loco, quo freti, ex tempore quoties opus
sit, pugnam ineant cum ijs, qui contra Ro-
manam religionem sentiunt. Id quod nec
mirandum quidem uideri debet, cùm Iesui
Iesuitæ cursi tæ cursitationibus assueti grauiorem sarcina-
tatores. nam & instrumentum bibliothecarum se-
cum trahere minus sæpè possint ac soleat.
Porro consentaneum est, (ut & hoc obiter
Impudentis: addamus (profano huic Eccij deliramen-
sius canon to, illud, quod Canon quidam impuden-
ter Epistola tiæ plenus habet, ab Huldericho Episcopo
Hulderichi Augustano singularis innocentie & sancti-
Episc.Augu tatis uiro in Epist. ad Nicolaum Papam ci-
stan. tatus. Verba Canonis hæc sunt: Honestius
*est PLVRIBVS OCCVLTE implicari, quā
aperte*

apertè in hominum conscientia & uultu
cum una colligari. Vixit autem hic Hulde-
richus circiter annum CHRISTI nongente-
simum, cuius Epistola graui oratione ma-
trimonia Pastorum Ecclesiæ defendens, si-
cum uero & adscititium hypocritarū cœ-
libatum acriter impugnans, in Bibliothe-
ca Holandica inuenta: Basileæ autem An-
no M. D. L. v. excusa, & ab interitu vindicata
publicè extat. Sed quid opus est ueterum
testimonijs? Certè Gregorius à Valentia
Hispanus, impudens Iesuita acuirulentus
nuper admodum scripsit totidem uerbis:
Sacerdotem uxorem ducentem grauius Anno 1581.
peccare, quam scortatē aut adulterantē. " In Refut.
Esse enim non coniugium, sed sacrilegium " Apolog.
id facinus sacerdotū: Nec ignorari à quo- " Herbradi
quam sacrilegium grauius esse peccatum " pag. 78.
quauis scortatione aut adulterio. Hæc ille. "

O' ferale & detestatum caput, Iesuitam
Hispanum, cum fœdo isto obsecenoq; per-
uerissimæ opinionis monstro in solas ter-
ras deportandum. Responde si potes ô Va-
lentiensis: Si negem matrimonium sacer-
dotum esse sacrilegium, ut uerissimè pos-
sum, quam tu afferes rationem ad sosten-
dam sustinendamq; impiam istam opinio-
nem tuam? Nullam aliam poteris, quam

K 5 quod

*Vide Gesnesi
ri Bibliothecam nouæ et
dit. pa. 307.*

156 APOLOGIA PRO ECCLE-

Cur contra- quòd contractu matrimonij sacerdotibus
elus matri- interdictum à uestra Ecclesia sit, cuius pro-
monij sacer- habitioni quempiam ausu temerario (sic
dotalis fa- clausulæ loquuntur bullarum Papalium,) con-
crilegium. traire, nihil sit aliud quām sacrilegio se-
 ipsum obligare.

Iam uero si matrimonij sacerdotalis &
 adulterij differentia hīc consistit, aptissima
Adulteria et consecutione inferre possumus, quemad-
scortationes modum matrimonium sacerdotum est sa-
sacerdotum crilegium facinus propterea quia ab Ec-
Pontificiarū clesia Romana prohibetur, sic sacerdotum
non sacrile- adulteria scortationesque propterea non
gia, quare. esse sacrilegia: quia ab eadem Ecclesia ue-
 stra minimè prohibentur, & adulterando
 impunè atq; scortando Pontificij sacerdo-
 tes nullam uiolant Ecclesiæ legem. Si e-
 nim uiolarent aliquam, adulterij delictum
 & scortationis, idem nomen sacrilegij, cū
 sacrilego (ut uos uultis) matrimonij con-
Belle conue- tracti facinore, sibi acquireret. Ecquis dubi-
nit improbis tare amplius possit, quin optimè Iesuitæ
Cinædis. inter se, alij alijs tām bellè succinentes con-
 sentiant? Dicit M. pater Sabariensis ab
 Ecclesia sua neminem cogi ut castè uiuat.
 Dicit item Gregorius pater Valentienis
 matrimonium sacerdotum ob uiolatas Ec-
 clesiæ leges sacrilegium esse: adulteriū au-
 tem

tem & scortationem non item. O' sapien-
tiam Iesuiticam. Hic meritò sanè illa Augu-
stini uox locum habere potest: *Quis un-* *August.con-*
quam ita despuit ut hoc saperet? Amplius *iratulianum*
autem quærendum est, nunquidnam aliud *lib.6.c.1.*
ex hoc Pontificiorum insulfissimo parado-
xo consequatur. Si nihil præterea, illud cer-
tè unum in primis commemorabile: Quia *Pontificij sa-*
Pontificij sacerdotes, dum scortantur & a- *cerdotes non*
dulterantur sacrilegio se non obstringant, possunt habe-
hoc ipsum argumento esse quod minimè ri templi
sint à nobis pro templis Spiritus S. haben- *Spiritus San-*
di. Alioqui si templi D e i essent, non pos- *1. Cor. 3. v.*
sent cōtaminandis per adulterium & scor- *16. 17.*
tationes corporibus suis sacrilegij scelus *1. Cor. 6. v.*
nō suscipere, si quid Paulo Apostolo haud *16. 19.*
paulò meliori, quam Pont. Rom. sit, aut ul- *2. Cor. 6. v.*
lus Iesuita, Theologo credimus. *16.*

70. Ne longum sit, si tu una opera Roma-
nam Ecclesiam patronam scortationis, at-
que ad eò matrem esse fatearis, hostem au-
tem legitimi coniugij à D e o instituti (hoc
enim, ut diximus, addendum necessariò
est) palmam damus tuæ illi de uestra Ec-
clesia sententiæ, qua hoc dicitur: nem-
inem ab illa ad castè uiuendum cogi & obli-
gari. Ad uos certè Iesuitas Monachorum *Castri Iesuï*
(quemadmodum persuasum uulgò est,) *ta.*
sancti.

158 APOLOGIA PRO ECCL.
sanctissimos quod attinet, castitatis lege
non teneri societatem uestram satis restan-
tur illa cœlibatus uestri portentosa dœ-
cora, quæ Viennæ, Augustæ, Ingolstadij, a-
lijsq; in locis iustum D E i iudicium in dies
(ut nuncio rumor fertur, patefacit. Est sanè
rumore nequaquam de nihilo, inter labo-
randum pro uestri Pontificis restauranda
authoritate, si quando nō recte sub manus
succedunt incepta, frustrationum rœdia at-
que incommoda non satis liberali uos so-
latio demulcere consueuisse.

Habemus & nos in proximo recétes Ie-
suitarum colonias in Transsylvania à Ro-
mano Pôtifice intrusas uerius quàm indu-
ctas, quę multum agendo haetenus pro ty-
rannide Papali in integrum restituenda, ni-

*Trässyluanii
en ses Jesuitæ.* hil propemodum egerunt, & nec egregiū
quippiam, aut saltem à bona fama utcunq;
cōprobatum capiti illi suo & Creatori na-
uare potuerunt: si unum tamen hoc exci-
pias, quòd excitatis insano sumptu Colle-
gijs, & mediocri cœtu discipulorum in-
ter initia collecto quorundam filios No-
bilium magna mercede nihil sapere do-
cuerunt.

70. 71. 71. Sed tandem ad obicem uoti cōmen-
titum atq; adeò alia, quibus Sacerdotum
coniu-

coniugium ab isto oppugnatur, ueniendū est. Ait suo ipsius ore inhabilem ad Matrimonium fieri eum, qui ex libera animi uocib; & cœlibatus uotū. Obex Ponti luntate perpetuam castitatem, continetiamq; Deo pollicetur. Quo loco rursus non imperitē tantū, sed etiam spurcē immodesteq; Continentiae & Castitatis uocabula, & res etiam illis significatas, Matrimonio nuptijsq; opponit. At nos idem puerilis Iesu- trimonium r̄iuion esse & à pia iuror inter om̄. suitæ incon- nes. Et quæso quis est omniū, qui non faci- blateronis leuitate, cùm suprà dixerit Ec- fstantia & lea- lè animaduertat puerilē importuni huius uitias. clesiam suam catholicam nō damnare nec prohibere nuptias? Qui potest quæso non damnare Matrimonij contractum, qui illū extra castitatis limites collocat, cùm nihil inter hęc duo: Castum & incestum, purum, & impurum, tanquam medium interiectū esse possit? Perfricte itaq; frontem, si quā habetis, Iesuitæ, & alterutrum facite ex his duobus: aut Matrimonium benedictione diuina sancitum: quia castum non sūt prohibete: Et sic quod bonum est dicite malum. Aut ne prohibete, quod ipsi sentitis impurum esse atq; incestum, in Ecclesia uestra: Et sic quod malum est, dicite bonum:

Esa. 5. ut ne parùm meritò. Væ illud apud Esaiam denunciatum capitibus uestris superuenire uideatur. Interea uero nobis non persuadebitis castitatem matrimonio esse opponendam, aut illam ab hoc semper, necessarioque seiungi oportere, cùm ne Ethnico quidem de legitimis nuptijs tam *2. Georg. ad finem.* abiectè ignominioseque sensisse unius Virgilij testimonio constet, qui sic inquit: Interea pendent dulces circum oscula nati,

De Sancta CASTA PUDICITIAM seruat domus. Cui *Virgi. c. 20.* sententiæ fauet Augustinus, expressè non Item contra minans castitatem coniugalem & pudicas aduersar. *Le nuptias.* Et Epiphanius congressui coniugis et Proph. gali στρυγητα tribuit, hoc est, mundiciem & *Lib. 2.* sanctitatem.

Epiph. To. s. lib. 1. He- resi 45. Et quid de Fulgentio celeberrimo Afro- rum Episcopo, nulliq; ueterum non conserendo Theologo attinet dicere? Quoties ille, quæso, pudicitiae coniugalis, duabus illis eloquentissimè scriptis, una ad Gallá *Epist. 2. et 3.* uiduam: altera ad Probam uirginem epistolis, mentionem facit? Execratur, (inquit quodam loco) adulterinos concubitus castitas coniugalis, & honestas uerecundiæ tenax. Et mox: Vtrumq; donum Dei est: & coniugalis pudicitia, & continentia uidualis. Sed quid ueterum colligo testimonia?

nia? An non ipsæ Iesuitæ coguntur quoties pro renata (contra suum tamen commodum) quod uerum est fateri uolunt, testimonium ferre de puritate coniugali. Legi possunt Petri Thyræ Moguntiensis theses coniugalem castitatem inculpatā pronunciantis ex illo Apostoli dicto: Si accepis uxorem non peccasti, & si nupserit virgo, non peccauit.

*De Antichri
floc. 8. The
si 78.*

At enim respondebit hoc loco, coniugium Sacerdotum non eo nomine infame apud ipsos esse, quia per se sint immundæ nuptiæ, sed quia prohibitioni Ecclesiæ ab ijs, qui semel in cœlibatus legem consenserunt, non stetur. Respódimus suprà huic exceptioni, & etiamnum dicimus: si uerū est Pontificios non damnare ne in Sacerdotibus quidem nuptias, sed contumaciā duntaxat, & uouendi leuitatem, illud necessariò consequi: debere ipsos Sacerdotibus coniugatis etiam Ecclesiæ lex illa, quam iactant, tām æqua esset, quām est ini-
quissima, non crimen fornicationis, in-
cestus, sacrilegij, sed inobedientiæ dun-
taxat & leuitatis impingere: cùm præser-
tim ipsorum etiam Canones inter Sacer-
dotes uxorem ducentes & inter forni-
carios, non solum ob peccati inæqualē mo-
dum, Presbyter.

*Can. Quis ifi-
ne Difl. 26.*

Vide Cōcil.

*Neocæsariē.
Difl. 18. Ca.*

dum, uerū etiam ob pœnæ irrogandæ
mensuram diligenter satis distinguant: ex-
,, pressè dicente glossa: Presbyter matrimo-
,, nium contrahens ab officio deponitur, nō
,, à beneficio: & secundum hoc magis puni-
,, tur sacerdos qui fornicatur quām qui legi-
,, timē contrahit, eò quod facit (fornicans)
,, contra sacrum ordinem & etiam contra le-
,, gem, & ideo minus peccat ducendo uxo-
,, rem: quia hoc sibi licere credit. Hæc glossa.

67. At cùm in Sacerdotum matrimonio illa-
tām tetra scelerā concurrere M. pater affir-
met, euidentis est, fallacissimè Iesuitas ho-
minibus imponere, dum aiunt coniuges
Ecclesiæ ministros non ob coniugium, sed
ob contumaciam, futilitatemq; uouendi-

Syntaxis 1e: ab ipsis reprehendi. Sed quale illud quæsto
fuitica. est? Suo ore nemine cogente inhabilem se

68. fecit. Quisnam? Sacerdores. Utinam huic
parti tuæ orationis uerborum tantum in-
esset solœcismus M. pater, non etiam retū
ac sensuum fœda barbaries, & inscitiæ sa-
crarum literarum clarum euidentisq; testi-
monium.

*An uouere
quis debuerit
prius querent* Nos dicimus illud prius esse quæren-
dum, quām dum, quām de præstanto perpetui cœliba-
de uoto sol- tus uoto agatur: An se suo ore inhabilē fa-
uendo agat cere uelle ad matrimonium contrahendū
tur. quis-

quisquam debuerit, qui se charismate continentiae destitutum esse, atq; adeo utri etiam sentiebat? Minime uero debuit. Obstat enim mandatum non à larua Pontificiae Ecclesiæ, sed ab Apostolo præscriptum. Si non continent, nuptias contrahant, melius enim est nubere, quam uti. Tum illud CHRI-
STUS: qui potest capere, capiat. Quod poste-
rius per inuersionem redditum hoc modo: Qui non potest capere, ne capiat, aut
ne frustra capret: omnes illas inhabilita-
tes, omnes obices M. pater, Pontificios, im-
petu quodam diuinæ ueritatis euertit,
in nihilumque, quod nihil antè fuit, re-
digit.

72. Ad dictum uero Psalmi: Vouete & psal. 75.
reddite Domino deo uestro: quid respō- Dicitum Psa.
debimus? Nihil amplius, nisi quod ipse M. de uotis red-
pater fatali quadam incogitantia lapsus sta dendis expli-
ti insubiunxit, sic inquiens: Displicet deo catur & in
stulta & infidelis promissio. Quod dat, ac- les. reor que
cipimus, & Goliathum istum corde & au- tur,
ribus in circumcisum suo sibi gladio ad hūc
modum iugulamus.

Si stulta & infidelis promissio deo dis-
plicer, quod aut facentur Iesuitæ, aut cum
pudore negare non possunt: Promissio au-
tem de perpetuo cœlibatu, ab ijs facta, qui

L non

non sint perpetuae continentiae capaces, & stulta est & infidelis: displicere eam Deo dubium non est, atque idcirco rescindenda esse. Antecedens uerum est, uerum igitur consequens. Cœlibatus promissionem a nobis idoneis factam, stultam meritò vocari, ex eo probari potest, quod ne ciuiliter quidem sapientis esse dicitur, si aliquid cuiquam recipias, quod præstare non sit in tua facultate constitutum. Quantò minus cum Deo talibus promissis ludere sapientis est? Deinde nonne stultus meritò censendus est promissor, qui Deo id spondeat, quod ille non requirit? Adeò autem non requirit, acceptumue habet Deus cœlibatum perpetuum ab ijs, qui dono continentiae carent, ut contrarium potius præcipiat, ut ex Apostolo & Christi uerbis paulò ante ostendimus. Infidelem uero esse eandem cœlibatus promissionem multò etiā facilius probamus. Quam enim fidei uerae partem ei promissioni inesse putabimus, quem postea quam est facta, non præstatur, cum nec talis sit ut præstari ullo pacto possit.

**Obiectiones
Pontificie de
præstadiis ijs
que temere
uouentur.**

73. Duo tamen hic sunt, quae à Pontificijs afferuntur, minimè prætereunda. Primum aiunt Votarios illos suos, & religiosos, de facultate præstandi uota, per fidem certos esse,

esse, etiam si continentiae dono se carere I.
 sentiant, quandoquidem D E V S dona sua Cōci. Tridat.
 recte peccantibus non deneget. Responde- Sessionis s;
 mus saepenumero D S V M sua dona peten- Can. 9.
 tibus negare, cum illa non reſtē (ut & uos Responsio.
 sentire uidemini) hoc est, non secundum i- Quid sit re
 p̄fius uoluntatem petuntur. Non petit au- cle petere.
 tem continentiae donum iuxta D E I uolun-
 tam, qui temeratio irreticus uoto, quasi ē
 syngrapha cum illa Maiestate agens, po-
 stulat sibi id dari, quod sapienti consi-
 lio illius certis duntaxat personis concedi
 debet.

Possumus autem iure sanè & nostro insti- Quesitio Ies
 tuto conuenienter hoc loco Iesuitas per- fuitis proposi
 cunctari: Ecquis nam ipsis renelauerit hāc sita de uotis.
 esse D E I uoluntatem, ut qui continere nō
 possunt, uoto se obstringant, & à D E O con-
 tinentię donum p̄tant, & siue illud detur,
 siue non detur, nihilominus perpetuò cœ-
 libes uiuere perseverent? Quorsum ergo Superstitionis
 nobis Pauli regulam Iesuitæ: Si non conti- uotarij nihil
 nent, contrahant matrimonium? Quare precibus suis
 qui contra hanc D E I uoluntatem manife- à Deo obtine
 statam in ipsius uerbo, spreto ac repudia- reposunt.
 to incontinentiae remedio à D E O istud do-
 num efflagitabunt, haud immerito non so-
 lū sp̄e sua frustrabuntur, uerū etiam ut

166 APOLOGIA PRO ECCLES.
serui scelerati & impudentes obmutescere, & ab oculis abscedere iubebuntur.

Summa est: non possunt acceptæ esse in
D E I conspectu uotariorum hypocritarum
preces, quòd fide careant, quæ uerbo D E I
niti solet. Non nititur autem uerbo D E I
istorum nec uotum, nec postulatum, nec e-
tiam fides, immò contra illud nititur, cùm
D E I uerbum iubeat dono carentes matri-
monium amplecti, nō autē illo reiesto atq;
contempto ad cœlibatum & totius uitæ
continentiam, frustrà aspirare. Vouete er-
go & reddite, inquit Psalmus: sed uoueri
debent reddenda, & quæ reddi possint,
non autem stultè ac infideliter promitten-
da sunt, quæ nec prestari possunt, nec à D E O
praecepta sunt, nec quòd D E O grata sint
& accepta, testimonia in sacris literis ha-
bent.

II.

74. Deinde afferunt quosdam Scriptu-
ræ locos Iesuitæ, quibus damnantur, qui
aut fidem D E O datam sefellerunt, aut pro-
missa sua retractarunt. De uiduis agens in-
quit Apostolus: Iuniores uiduas rejice. Nā
posteaquā luxuriatæ fuerint in C H R I S T O,
nubere uolunt, damnationem habentes,
quòd primam fidem iritam fecerunt. Vn-
de inferunt, morti æternæ & condemna-
tioni

77.

1. Tim. 5.

p. 22.

tioni addici uiduas: quia uotū semel D e o
præstatum uiolauerint, quo se ad uiduita-
tem antè obstrinxerant. Huc etiam iste Her 75.
maphroditus trahit quasi obtorto collo Pe-
trum ex Actis, cap. 5. affirmantem Ananiā
D e o mentitum dignum esse pœna etiam
corporali. Non hīc agam de crassa ueteris *Responsio.*
Interpretis non sacrarum modò literarum,
sed linguae etiam Græcę inscritia, qui ita il-
lum locum Epistolę ad Timoth. uertit, ut à
M patre citatur. Si cui & cupiditas est & o-
cium in ipsa uerba inquirendi, is doctissi-
ma nostrorum interpretum & præceptorū
scripta consulere poterit. Ut ne semper ad
unum Hieronymum (si modò is est uetus
interpres) tanquam ad scopulum adhære-
scamus, quem Pontificij unum & solum,
quod ad Biblicalam translationem attinet,
uigere & ualere in Ecclesia contendunt o-
portere, atque adeò adorandum etiam unà
cum Maria esse, quam ille caput serpentis
cōculcaturam, in primæ promissionis uer-
sione, matrem Filio substituēs, hoc est, mu-
lierem Semini Mulieris, erubescendo er-
rōre pronunciauit. Atque hunc errorem
permirum sanè est maxima animorum ob-
stinatione defendi à Iesuitis & Pontificijs,
ut satius esse ducant Academicam de con-

168 APOLOGIA PRO ECCLES.
textu legēdo dubitationem inducere, quā
Mariam fraudare imaginaria ista & nun-
quam illi expetita laude & gloriola serpen-

Doēgus Ans. tis debellati, atq; contriti, ut ex Doēgi Lu-
Ludrādius Des. sitani rabiosis pro Trident. Concilio scri-
fensi fidei Trī ptis, & aliorum apparet. Illud uidetur quę
Dentina li. 4. rendum, quę nam illa sit prima fides, cu-
Greg. Valēt. ius abnegatio damnationem uiduis illis
Refut. Apol. Paulinis afferat. Votūmne Minimè profe-
Heb. cap. 5. ctō, cùm nulla uoti non solūm mentio, sed
pag. 120. ne tenuissima quidē suspicio in Pauli uer-
Quę uiduae primam fidē
faciebant ir- ritam.
bis deprehendatur. Ostendant autem si
possunt aduersarij, Fidei uocabulum in scri-
pturis uoti significatione usurpatum. A-
lioqui nihil hac ipsorū Paulini loci citatio-
ne absurdius erit, nihil alienius. An enim
uolunt omnes matronas Iesuitæ, fidem
CHRISTI professas in uiolenta uiduitate
seruanda tales facere, qualis illa ipsorum
fuit Francisea Romana uotaria? De qua sa-
nè nec audeo, nec salua uerecundia pos-

Lib. 22. sum etiam, quod Volaterranus annotauit,
pa. 232. hic adscribere: demirorq; historicum non
ignobilem nequaquam esse ingenuo pu-
dore prohibēmatque retentum, quomi-

Ad Cœlesti- nūs rem dignam omnium ignorantia, ut
num Episto. sic cum Berardo loquar, & perpetuo si-
235. lento quantum fieri possit comprimen-
dam

dam monumentis etiam literarum commendaret.

Nos uero primam fidē ex analogia Scripturæ pro illa ipsa fiducia in Deo acquiescente per CHRISTVM, & de tota Christianismi professione, in Baptismo primū suscepta, & postea bonis etiam sanctisque operib. testata, interpretamur. Eadē phrasis Apocal.2. extat, qui locus hunc sic luculentē dilucideque explicat, ut nihil omnino loci Iesuiticis fucis imposturisque relinquat.

Iubetur ibi Ioannes scribere ministro Ecclesiæ Ephesinæ: Habeo aduersum te quiddam, quod charitatem tuam primam deseruisti. Memor ergo esto unde excideris, & age poenitentiam, & prima opera facito. Vbi nemo non uidet eodem sensu primam charitatem & prima opera ab Ioanne, quo primam fidem à Paulo dici. Quemadmodum autem primam charitatem & prima opera reliquisse Ephesinus ille dicitur Angelus, sic de his uiduis iunioribus conqueritur Apostolus, quæ non solum prius CHRISTVM in Baptismo professę, uerum etiam postea ad officium pauperibus Ecclesiæ, peregrinis, afflictis, ægrotisq; ministrādi, adhibite, nihilominus

170 APOLOGIA PRO ECCL.
procedente tempore nupturientes, & uoluptatum illecebra sensuque agitatæ, quia nuptias suas intra cœtum Christianorum minùs honorificas fore ob levitatis notam uerebantur, non dubitabant fidem C H R I S T I abijcere, ut uel Iudæis uel gentilibus

Lasciare cō nubere possent. Et hoc erat lasciare cōtra Christum C H R I S T U M ut Paulus loquitur, non au-

quid. quid. tem in C H R I S T O , ut M. pater Apostoli Marius ut uerba citauit, suos scilicet secutus Romanenses, non Græcæ tantum linguae impe-

Cic. tradit lib. 7. Epi. ritos, uerum etiam Græcorum ipsorum cō

temptores, quorum inter maiores fuisse o-
lim accepimus non neminem, qui Græcos
sic amaret, ut ne ad uillam quidem suam
Græca uia ire dignaretur. Habes expositio-
nem loci Paulini, quā probat Athanasius,
& Vincentius Lyrinensis, & ipse etiā Hiero-
nymus.

Lib. 6. de Trinit. Lib. contr. pro-
phan. hær. nouit. Prae-
fat. in Epist. ad Titum.
75. Alterum uero illum ex Actis locum
de Anania D e o non hominibus mentito,
quānam rationis specie ad uotum cœliba-
tus confirmandum accommodes, equidē
non intelligo. Agitur ibi de hypocrisi Ana-
niæ & Sapphire, in deponendis ad Aposto-
lorum pedes facultatibus pecunijsq; de-
prehensa. Mentiti illi D e o sunt, fatemur.
Sed quid hoc ad cœlibatus & perpetuæ cō-
tinentiæ

tinentiae uotū? Verū tu cui solēne est quid-
uis ex quo uis conari probare, sic quantum
arbitrari possum, sentis. Si métiētes D E O , *An uoto cœ-
iter offerendum facultates & cōsecrandū, libatus homi
exitium sibi certissimum accersunt, quan-*
to minūs pro innocentibus habebuntur, secentur.
qui posteaquam semetipsoſ D E O , ſuscepto
cœlibatus uoto ſemel consecrarunt, cōtra-
cto matrimonio ad Satanam trans fugiunt,
flammis Tartareis æternūm mancipandi?
Respondeo: Principium hic tu & quidem
geminum petis. Nam in posteriore cōnexi
huius hypothetici membro ſumis tibi, que
maxime ſunt controuersa.

Primum, eonſecrari hominem D E O per
ſusceptum cœlibatus uotum. Item: Con-
tracto matrimonio eum, qui uoti reus fit,
ad Satanam, inferis mancipiandū trans fu-
gere. Horum utrumq; falſiſſimum eſſe di-
cimus, existimamusq; rectiſſime iudicatu-
rum eum, qui duo hæc in uertione quadam
inter ſe, ut uera eſſe poſſint, permutanda
ſtatuat. Nam certè ad Satanam transit is,
qui doctrinam ab illo profectam de prohi-
bitione nuptiarum legitimarum, quæ ho-
noratæ ſunt & impollutæ inter omnes, fue-
rit amplexus. Contrā uerò D E O ſe offert,
& consecrat, quicunque ſcortationis uitau-

dæ respectu, & aliarum causarum finalium, ad quas institutio matrimonij refertur, cōiugio à D E O benedicto, ipsius nomine inuocato copulari se patietur, & interim honestè, sobriè, & cum sanctificatione suum uas habens, excluso morbo gentilis concupiscentiæ ut Paulus, grauissimè moneret, totum se listet D E O hostiam uiuentem, ipsique acceptam per I E S U M C H R I S T U M.

En tibi M. pater, quid'nam sit aliquem D E O se offerre & consecrare. Tibi uero si creditur coniugati post uotum non D E O consecrantur, uerùm Satanæ mancipantur. Audimus non piam nec Apostolicam, nec omnino in Ecclesia ferendam uocem, sed ingratum ac detestabilem grunnitum ex ore, rictibusque Suitarum prodeuntem.

Opponamus autem huic porcorū gregi à Diabolis obfesso Cyprianum, qui Apostolico prorsus spiritu, Apostaticā Romani Pontificis doctrinā, quam tanta rabie nouus iste Monachatus propugnandam Li. 1. Ep. ii. suscipit, iampridem refutauit. Sic enim a,, licubi scripsit: Quod si se ex fide CHRISTO,, dicauerunt, pudicè & castè sine ulla fabula,, perseverent. Ita fortes & stabiles præmi- um

um uirginitatis expectent. Si autem perse-
uerare nolunt aut non possunt, melius est
ut nubant, quām ut in ignem suis delicijs
cadant. Certè nullum fratribus aut sorori-
bus scandalum faciant. Nec est, quod hīc
clamitet miser Hosius , puerorum instar, *Hosiana Cy-*
qui aliquid in faba repererunt, priuatam priuatae sentī
hanc esse unius Cypriani opinionē de nu-
tiā clusio.
ptijs earū, quæ post uotum non possunt si
uelint, nec etiā uolunt si possint cōtinere.
Constat enim non à Cypriano solo, sed à
Coēpiscopis pluribus, in quibus Cecilius,
Victor, Sedulius, Tertullus, nominantur,
singulari diligentia & accurata delibera-
tione adhibita eam epistolam ad Pompo-
nium esse confectam: id quod ipsa testatur
inscriptio, quam si inspexisset unquam sy-
cophanta ille , nequam sanctissimum vi-
rum & Martyrem nihil tale méritum pri-
uatae temeritatis tām malitiosè infimulaf-
set. Possem adscribere uerba Hesychij, qui
nec ipse aliter sentit. Et Chrysostomi, qui
ex earum cōiugio mulierum, quæ uidui-
tatem professæ continere non potuerunt, In 20. cap.
multa bona prouenire censet. Hos Patres Leuit. in 1.
& plurimos alias sacrosancta illa nostra Timoth. 5. ca.
Oecumenica generalis Tridentina Sy- dacia Tridē,
nodus , maximo supercilie , nimirum tinorum,

ut

ut quidam fecit: Sæuo Neptuni freta tridentre sui, anathematis fulmine feriit, cùm statuit in hæc uerba: Si quis dixerit posse

Canon. 6. omnes contrahere matrimonium, qui non sentiunt se castitatis, etiam si eam uouerint,

Sess. 8. habere donum, anathema sit. Nos uero ut præfractam istam conciliabuli & Papalis sa-

Aurea Pa- tellitiæ audaciam retudamus, libentissimis
normitani et animis Panormitani, Gersonisque senten-
Gersonis de tiam admirremus, qui simplici Laico scri-
Synodorum pturam producenti quām toti simul con-
authoritate cilio: & excellenter in sacris literis erudito
fententia. cuiquam, authoritatem Catholicam profe-
renti, quām generali Synodo, plus esse cre-
dendum scripserunt: ut hoc modo anathe-
ma illud à concilio in Cyprianum & simi-
les recte sentientes uibratum, meritò in
capita Tridentinorum, ueluti repercus-
sione quadam saxeæ ueritatis, recidere o-
porteat.

An rescindē- 76. Obijcis tamen nefariè reperti, quod
tes temeraria oblatum sit D e o. Apage istam mi-
uota repeatat phrodite stoliditatem. Nō reperunt ij, qui
quod obtu- temeraria uota rescindunt, quod fuerit ob-
lerint Deo. latum D e o, sed stultam tantum & incon-
sultam promissionem per summam leui-
tatem ea de re factam, quæ offerti D e o nec
debuit, nec potuit, corrugunt, intentionēq;
malum

malum alioqui exitum habituram in me-
lius, pœnitentiæ & ueri ac spiritualis Dei
cultus meditatione conuertunt. Qua de re
quædam Veterum dicta edisce, qui haud
paulò meliores fuerunt & uiri & Theolo-
gi, quàm aut tu aut tuus ille Episcopus cù
tota Tridentini conciliabuli fæce in unam
massam conflatus. Sic ergo Isidorus: In ma- *In Synon. l.*
lis promissis rescinde fidem, & in turpi uo- *2.*
to muta decretum. Et: quod incautè uoui- *Vide Gras-*
sti ne facias, impia est promissio, quæ sce- *tianū Caus.*
lere adimpletur. *22. quæst. 4.* Elibertanus autem Ca-
non: Definitio incauta laudabiliter soluen-
da est: neq; est ea res præuaricatio, sed te-
meritatis emendatio. Eadem super hoc Be- *Homil. 44.*
dæ sententia est, ita dicentis: Si aliquid for- *citante Gra-*
tè nos incauti iurare contigerit, quod *tiano.*
obseruatum in peiorum uergat exitum, li-
berè illud salubriori consilio mutandum
nouerimus, ac magis, instante necessitate
semel peierandum, quàm pro uitando per-
iurio in aliud crimen grandius diuerten-
dum. Porrò ut hoc unum non omittamus,
hæc omnia dicta, ex Patribus recitata egre-
giè consentiunt cum illa Pontificij iuris
Regula, quæ in decretis Bonifacij v. ii. ex- *Li. 5. De Re-*
tat his uerbis: Nō est obligatorium contra *gulis iuris.*
bonos mores prælitum iuramentum. *Reg. 59. 5.*

Sed *70.*

Sed fortassis excipies, non incauta esse nec temeraria, nec bonis moribus noxia uotariorum uestrorum promissa: nec obseruata in malum exitum uergere. Hic uero ipfa rei ueritas per se lucet, in totius munus oculis posita. Noti estis nobis, Monachi, plus satis, εξωθη ut loquuntur Græci, καταθη: defessi sumus iam olim satietate audiendi de uestris illis libidinum portentis claustralibus: ne tibi M. pater uidearis in ultima India ad hospites transmarinos de celi uestri continentia uerba facere. Pontificius certè cœlibatus sic superioribus seculis orbem terrarum impleuit & inquinavit libidinibus abominandis, ut ex his factas & diritas (uel ipsius Petrarchæ uestri testimonio) ad celos pertigerit in ipsius Dei cōspectum: nec est dubium quin Sodomam etiam & Gomorrah in eiusdem iudicio penitus iustificari.

In Rhythmis
Italicis citan-
te Eusebio
Capt.

77. Nunc tandem aliquot Pauli locos de Episcopo, qui unius uxoris vir esse debet, contra sceleratum cœlibatum Papisticum à nostris adduci solitos, quemadmodum explicet M. pater, uideamus. Oportet Episcopum unius uxoris esse virum. Diaconi sint unius uxoris viri. Constitue Presbyteros, si quis est unius uxoris vir. Vnde rectis-

1. Tim. 3. v.
3. Ibidem v.
12. 2. Tim.
1. v. 6.

81.

rectissimè colligitur ac infertur legem de cœlibatu ministrorum Ecclesiæ non esse Apostolicam , & propterea Presbyteros atque Pastores maritos esse posse. Respondebat autem paternitas Iesuitica, aliò hæc dicta pertinere, minimeq; ex Pauli uerbis, id quod nos confidere studemus sequi: alioqui absurdū esset inquit, hac ipsa uoce Pauli p̄mūlū ipsum Paulum, deinde uero T̄motheum, Titum & Ioannem Euangelistā Episcopatu indignos pronunciari, qui uxores non ducebant.

Quis hic istum Sophistam uafre & impudenter à scopo discedentem, & inepte rā ^{ionam} transilientem non aperte comprehendat? Heus Iesuita, uigila quæso: reclude oculos, & uide tute ipse sanus ne h̄ic sis an insanias. Non illud nunc agitur sint necne cœlibes & continentes Episcopatu dignai, sed: an qui cœlibes esse nec uolunt nec possunt, à dignitate & honore Episcopatus capeſſendo arceri debeant: quam legem Apostolicæ doctrinæ contrariam esse illis Apostoli dictis euidentissimè probatur. Ut autem maximè tibi Paulum cœlibem fuisse concedamus (quamuis absurdū nos Clemēs, ut suprà diximus, diuersum sensē adigere coſtit) præterea cœlibes etiam Timotheum, nantur.

Titum,

Titum, Ioannem Euangelistam: tamen nihil abs te minùs sit, misero Monacho, & ipsa malevolentia ieuno, quām ut nos ad incommodum adigamur, qui nunquam sensimus omnes Episcopos ad unum maritos necessariò esse debere, aut sic oportere Episcopum unius uxoris esse uirum, ut qui cœlibem uitam cōtinentiæ dono p̄æditi agant, Episcopatu indigni sint reputandi.

Quin immò aptiores etiam & expeditiores ad Episcopatus obeunda munera, præsertim afflictis temporibus & calamitosis cum Apostolo agnoscimus eos, qui cœlibis uitæ institutum sequuntur, dum extra periculum unctionis: hoc est, extra iactum telorum diabolicorum, & eorum quidem ignitorum sint constituti. Qualium sanè hominum in ipsa C H R I S T I Ecclesia peregrinus: in Pontificia autem nullus omnino est numerus. Quod cūm ita sit, accedimus Ambrosij & Chrysostomi sententię, nec illam in controversiam vocamus, quæ est: nihil hīc sancire Paulum de eo, quod omnes Episcopi unius uxoris viri esse debeant, sed modum tantum præscribere, quales scilicet esse debeant, si pro condizione sua ad cœlibatum minimè idonei, in matr-

matrimonio uiuant, liberosque suscipiant.

Tibi uerò febriculose & somnolente pater, si pensum tuum absoluere uolebas, nō id erat probandum, quod à nobis non negabatur: modum hīc tantum præscribi ab Apostolo, qualēsnam Sacerdotes si mariti sint & liberos habeant, esse conueniat: sed illud potius ostendendum: ex clatissimis illis & tertiorē repetitis Pauli uerbis non reētē colligi, probariq; Sacerdotibus licere esse coniugatis. Quod tu sanè ne uerbo quidem artingis: sed alias res agis, & tanquam mus in pice hæres, aut ut aliud simile tibi Monacho adaptēmus, uersutæ illi & nequam bestiæ uulpeculæ persimilis es, quæ imminente uenatore cùm se uidet iā iam cauda apprehendēdam, aliò atque aliiò eam interfugiendum identidem traij- cere consueuit. Ut scitè admodum ueteres Peripatetici Sophistam *Δυσίπατον Σωτέρην*, hoc est, ut Latini (aliunde tamen petita transla- tione) reddiderunt, lubricum animal esse dixerint. Ad te tamen quod attinet M. pater, nequaquam finemus paternitatem tuā isto loco Sophistica lubricitate illa tantum pollere, aliquo pacto elabi ut possis. Mediūs enim teneris, & iam iam ego crassi

*Proprium
wātō Se-
phistarum in
Iesuitis con-
spicitur.*

M men-

180 APOLOGIA PRO ECCL.

mendacij crimen fronti tuæ meretricie impingam, cuius te reum esse, sani iudicij letorib. planissimè quasi exerto digito demōstrabo. Dicis antequam perores, ut tua

s. 3. uerba huc apponam: Ecclesia non excludit *Palpabile & crassum Ie. suitæ menda cium.* maritos à Sacerdotio: sed præcipit, quales iij (mariti Sacerdotes) esse debeant Supra uero ita dicebas: Ecclesia non cogit quenquam ut castè uiuat, sed si Sacerdotio fungi uelit, cœlibem ut uitam ducat.

s. 4. An ergo Pseudecclesia uestra non excludit à Sacerdotio maritos, si Sacerdotio fungentes cogit cœlibem ut uitam ducant? O' mendacem obliuiosum. Quare monendus es mihi M. pater, Episcopum tuum ut exores, habeat aliquando Doctorum Medicinæ Presburgenium & Viennensium, senatum atq; cōciliū, qui tibi tanto Pontificiæ doctrinæ patrono artificiosam memoriā concinnent, (posse enim dicuntur,) ne deinceps tam inartificiosus mentiendi author, dum pro Papæ decretis propugnas, de improviso perinde atque nunc deprehensus, merito tuo ridearis.

s. 5. Sed quia tandem orationis uela contrahere te uelle ais, nec ego quidem Lectorem tenebo diutiū, si antequam finem facio, tria adhuc Scripturæ loca quibus hypocri-

pocriticum & ementitum cœlibatum ue-
strum defendit Oratio tua, paucis exami-
nentur. Primus locus est in meditullio & Quæstio A*s*
quasi corde orationis de Abiatharis Sacer-
dotis percunctione super comitum Da- 65.

uidis puritate, præsertim à mulieribus, an-
tequam sancti panes traderentur, instituta: *Desumpt*
qua tu obiectione, tanquā splendido quo- *hæc obiection*
dam & illustri emblemata hanc lucubra- *est à Iesuita,*
tiunculam exornare uoluisti. Historia ex- *ex Can. Scia*
tar 1. Samuel. 21. Hinc uerò quid aliud M. pa-
ter inferre possis, quā quòd omnes Pótifi-
ci (tacitè tamen) fatentur & afferunt: ma-
trimonium impurum esse & immundum,
non uideo. Si enim puritatem hic Sacer-
dos requirit, quam nisi in cœlibatu, nusquā
esse. *& vñ pōr̄ w̄* isti Iesuitæ uolunt, sequitur ad
istorum quidem normam, omnes coniu-
ges & nuptijs copulatos impuros esse. Ar-
que hoc loco rursus uerum esse compe-
rietur quod suprà diximus, Papistas, om-
nia omnium coniugia damnare, non tan-
tum Sacerdotum: nisi forte statuat quis, Da
uidem & pueros eius, comitesque omnes
fuisse Sacerdotes, in quibus siue Abiathar 1. Sam. 21.
siue Achimelech (utrumque enim ei Sacer- v. 1.
doti nomen tribuitur) puritatem à mulie- Mar. 2, v.
ribus, hoc est, ut Pótificia interpretatio tra- 26.

M 2 dit;

182 APOLOGIA PRO ECCL.
dit, cœlibatum requirere debuerit. Sed hoc
absurdissimum est, & dictu stultissimum.

Quare si Iesuitæ audiendi sunt, plebeiorum etiam & omnium ordinum in genere humano matrimonia uelut impura damnanda erunt: quandoquidem si Abiathar puritatem: id est, cœlibatum in pueris, qui Sacerdotes non erant, requisuit, consecrarium est, si mariti fuerint non cœlibes, comires Dauidis, impuros fuisse: quæ opinio tam Abiatharis (si ita sensit,) quam Iesuitarum ita prorsus sentientium, Apostolico illici pronunciato: Honorable coniugium & torus impollutus inter omnes, è regione opponitur.

Sed uerba uidenda sunt Abiatharis, ne expositioni Pontificiæ exagitandæ, cuius absurditas per se est euidentis, immoremur. Aut ergo curiosa fuit quæstio importunitatis Sacerdotis, quod doctissimi quidam sentiunt: aut si piè cordateq; locutus est Abiathar, quod perfacile Iesuitis, (ne nos nostrorum authoritatibus pugnare dictiterit) concedimus: puritatem Papisticā: hoc est, aut cœlibatum, aut ab usu coniugum abstinentiam requirere in illis Dauidis comitibus non potuit. Quid ita? Primū, nusquam legerat in diuinis literis coniugiū esse impurum.

Petr. Marty.
in 1. Sam. 12.
pag. 118.

purum. Meminerat etiam se coniugem esse, aut si non fuerit, plurimos alios extra ipsum Sacerdotes in matrimonio uixisse, qui non secus quam Abiathar sacros panes tractabant, & illis uescabantur. Quinam ergo Sacerdotum puritas sacros panes uerfantium & comedentium, eo ipso, quod mariti essent, non impediebatur? Dauidis autem comitum puritas, nisi a mulieribus: id est (interpretibus Iesuitis) ab uxoribus abstinuissent constare non poterat. Quare si in instituto permanebis M. pater, ut interrogationem hanc de cœlibatu accipias, nihil de Sacerdote isto, quod pium sit, aut quod omnino cohæreat, sentire poteris.

Nos autem dicimus, quod res est, alias *Leuit. 15.* fuisse pollutionis ex muliebri contactu rationes in *Vetori* Testamento, quemadmodum legalia illa interdicta satis omnibus nota, ostendunt. Nec pluribus uerbis estopus ad quæstionem istam Sacerdotalem: An pueri mundi fuerint a mulieribus explandam.

79. Porrò autem duos posteriores locos ad uotiui cœlibatus confirmationem pertinentes in extrema oratione collocasti, quibus agmen claudendi negotium dedisti uideris. Paulus ait: Cupio omnes esse,

ut ego sum. Ergo uult omnes esse cœlibes inquis. Respondeo aliud esse optare: aliud præcipere: aliud item cupere, aliud sperare. Et cur non subiiciebas homo uerutissime quodd immediatè sequitur in Pauli contextu? Sed unusquisque, inquit, proprium donum habet ex D'eo, alius quidem sic, a-

82. lius uero illo modo. Postremò ait Paulum uelle Episcopum esse continentem. Verū id est. Sed continentia non euerti coniugium, & esse suam etiam matrimonio castitatem, suprà est ostensum. Itaq; hæc etiā dicta à confirmanda necessitate cœlibatus Episcoporum longissimè remota sunt.

84. 80. Hæc postquam exposuimus, permit-

Ad peroratiōnē Iesuī tīcam Resp. tendum tibi est, orationis ut uela contra has, dum posthac caueas, ne in ueritatem diuinam eiusq; assertores plenis impudentiæ uelis (quod hac oratione fecisti) inuehâre. Nunquā enim mihi crede, si deinceps uela facies, portum tenebis, sed antequam appellas, aut remigio fessus, labore nauigādi frustra consumpto, infaniam tuā deplo-rabis, aut tempestate iræ diuinæ ad scopulū subito allisus, naufragium fidei salutisq; 85. facies. In extrema oratione exhortatur suum Asinoclerum hic Iesuita ad prælucendū populo Christiano nō doctrina solū,

sed

sed etiā moribus, & integra à uitiorum corruptelis conuersatione uitæ. Rectè id quidē honesta oratio est. Sed uereor sanè, ne nī *Exhortatio-*
mis ferò iste receptui canat, cum toto atte- *nus Pontifis*
stante mundo, Pontificiorū rā doctrina quā ciorum ad
mores nō ex Dei uerbo, sed ex humanis cō suum Clerū
mētis, & friuolis traditionibus sint iam o- quales,
lim formati, & reformatio etiam eorundē
quæ à lesuitis ostentatur, nequaquam ad
regulam sacrarum literarum, sed ad huma-
na decreta & ceremonias quasdam, Iudaism-
um, ut suprà quoq; meminimus redolen-
tes instituatur. De doctrina nunc nihil di-
cā. Ceterū moralis institutio uestra M. pa-
ter, eodē zelo de ebrietate Sacerdotibus fu-
gienda, quo de barba à superiore labro ab-
scindenda, itemq; de uestibus Sacerdota-
libus bis in anno ad minimum lauandis,
& id genus alijs nugis prēcipiens, omnem
disciplinæ Ecclesiasticæ grauitatem quasi
neruis incisis labefactare mihi quidem ui-
detur: quandoquidem rituum istorum o-
mniū nō alijs fermè est usus in uera sancti-
monia & pietate, quām qui canum esse so-
let in balneo, ut dicitur in prouerbijs. Sed
tamē ne quid de his obiter adductis exem-
plis indignoris bone lesuita, poterunt sa-
crificuli uestri consentientib. etiā nobis, &

*Ethice Iesui
tica, in con-*
cilio Sabaa-
riësi promul-

gata.

Vide conslit.

Iaurien. Can.

21.26.18.

186 APOLOGIA PRO ECCLES.
ipsorum institutum approbantibus, facere, ut non nutriant barbam: immo (ut hoc auctarium superaddamus,) nec capillum

Barba sacra- quidem unum. Barbam quidem nutrire non
fculis cur no debebūt ex interdicto uestro, ne illa *CHRIS-*
nutrienda. sti sanguinem, quem à se in Missa exorberi gloriantur, contaminent, quem multis alijs modis contumelia afficiunt & profanant.

Cur depila- Cur depilant. Capillum autem idcirco gerere non
tos esse eos: debebunt, ne quis imperitus rerum suspi-
dem conue- cetur in aliquo eorum, pilum unum aut
niat. Christiani hominis, aut omnino boni viri

Vestes eoru superesse. Ad uestes uero illorum eluen-
ne quicquam das, & emundandas quæ sub illis delites-
lauantur. cunt fordes, multis fluminibus nostra qui-
dē sententia opus esset: lōgē sanè pluribus,
quā quos Xerxis exercitus ille ingens, ut
in historijs legimus, quondam exsiccabat.

Iaur. Confii, 81. Antequam finem facio, rem adhuc u-
Can. 22. nam relatu non indignam ex ijsdem regu-
lis Iesuitarum moralibus, perpendamus. Venationis usu & aucupiorum Clero suo interdicunt Iesuitæ, quorum utrorumque ad uoluptatem quæsita exercitatio San-
ctissimū ipsum & Beatissimū Pont. Rom.
assidue occupatum habet: ut ex ipsis Papi-
sticorū Scriptorū historijs nouimus. Qua de re ad summæ gloriæ apicem adscribere
non

non grauabimur, quæ à P. Iouio historico- *Li. 4. p. 196.*
 rum alioqui grauissimo in Vita Leonis X. “
 Pontificis, amœno quodam & delicato, (si “
 ita dici licet) styli genere sunt perscripta. “
 Sic ergo ille: VENATIONIBVS etiam & au- “*Pontifex*
 cupijs nobilioribus adeò PERDITE stude- “*Rom. mul*
 bat, ut spurcissimas sæpe tempestates, in- “*tus in ue-*
 salubresq; uentos, & frequentia mansio- “*nationib.*
 num ac itinerum incommoda obstinatè “
 contemneret: confisus ætati ac firmæ pale- “
 tudini, quam equitatione uarioque motu “
 corporis rueri se posse existimabat: præser- “
 tim si inambulationibus apertis uagare- “
 tur, ac animam innati caloris copia æstuā- “
 tem & coelo libero & multo spiritu recrea- “
 ret. Et mox: Manlianam uillam secun- “
 dum Tyberim, quinto ab Urbe lapide, quā- “
 quam proximi stagni halitu & caliginosi “
 aëris intemperie propè toto anni tempo- “
 re infamem hyeme maximè frequenta- “
 bat. Ex ea enim, ueluti ex portu uenato- “
 rum classes in subiectos Salinarum cam- “
 pos ceruorum copia celebres educeban- “
 tur. In uenando autem sicuti præcepta ar- “
 tis ad normam exactioris disciplinæ pa- “
 tientissimè obseruare erat solitus, ita seue- “
 ritatem asperè admodum, uir alioqui le- “
 nissimus semper exercuit, in eos præsertim “

„ qui petulanti discursu, aut uocibus temerè
„ editis improuisa feris effugia præbuissent:
„ ita ut claros sæpe uiros acerbissimis con-
„ tumelijs oneraret. At si quando imperitia
„ uel fortuito errore hominū, aut feris sub-
„ tiliore aliquo insperatæ fugæ compendio
„ seruatis, uel ijs denso in nemore contuma-
„ ciùs latentibus infeliciter uenaretur, incre-
„ dibile est, quali uultus animi q; habitu do-
„ lorem iracundiam q; præferret. Propterea
„ amici familiares ea tēporis momenta pro-
„ uocandæ liberalitati maximè aduersa sedu-
„ lō deuitabant: quando aliâs secundum o-
„ pimam uenationem, ac præsertim uario ac
„ insigni aliquo labore nobilem, maxima be-
„ neficia incredibili liberalitate collocaret.
„ Rursus: V R B S statim Viterbium ad aquas
„ calidas euolabat, ubi coturnicum perdi-
„ cumq; & Phasianorum aucupijs aliquan-
„ diu erat intentus: quod genus auium ac-
„ cipitribus ac asturibus arte edoctis singu-
„ lari cum uoluptate sestabatur. Tum au-
„ tem illud: I N D E per Tuscum agrum ue-
„ nabundus modicis itineribus ad mare cir-
„ ca Grauicas & Centumcellas descende-
„ bat. Quo uiæ flexu apud Cornerum in
„ Tarquinensi longè celeberrima ceruorum
„ aprorumq; uenatio parabatur, & ea qui-
dem

dem in per ampla planicie, ac maximè ad tendendas insidias opportuna, quæ artificio naturæ humanis uoluptatibus arridentis perpetuis terrenis collibus cincta, ingentis amphitheatri speciem ad ferarum exitium uenantibus præbet. Hæc & plura eiusdem sententiæ, Iouius. Ex quibus rectè consideratis æstimatisque facile quilibet animaduerteret, quæcunque in conuenticulis Iesuitarum tanquam impia & à servorum Dei humilitate aliena abhorrentiaq; publica deliberatione prohibeantur, ex eorum genere esse, quæ maximè arrident, cordiq; sunt Pontificibus ipsis, à quibus eò quod Pastores sint, & quidem universales, in uniuersum gregem exempla cuiuscunq; generis manare, quæ citra periculi metum ad imitationem recipi à quibusvis debeat, rectissimum est.

82. Quod si dicant, Pontificiæ Maiestati condonandum esse, quod minus possit concedi alijs inferioris Cleri ordinibus : Respondemus, nugas esse meras : cum Apostolus prælatorum dignitatem non in aucupijs, non in uenationibus, alijsque id genus uoluptatibus & harum licentia, uerùm in sollicitudine de Ecclesijs Rom. 12, constituat. Sed condonetur Pontifici Rom. v. 8,

mano

mano illa uenationis aucupiorumq; oblectatio. Condonetur etiam Episcopis Vngaricis, quos si in ordinem cogere (ut uelle uidentur) aggressi fuerint Iesuitæ, prouinciam, ut mea quidem fert opinio, capient duram. Non ignota est res nostratibus, Transtibiscanis præsertim, Episcopum titulo tenus Varadiensem, qui per paucis ab hinc hebdomadis Iazouij, non sine fœda uitæ sceleratissimè actæ infamia post se relicta, decessit, hospitium cursori cuidam, seu ut nunc loquuntur postæ Pontificio ad hanc nouam societatem attinenti prebuisse. Qui quidem cursor cum non per amanter nec pro dignitate noui istius ordinis accipi se animaduerteret, (neque enim cum labatur muneribus nec etiam cuiquam aulicorum erat in animo, si discedere uellet, scindere bono Iesuitæ penulam) dicere nonnulla liberiū de dissoluta Episcoporum Vngaricorum uita ingressus fuit. Aiebat indignos esse, qui Episcopi uocarentur, nihil aliud agentes nisi helluant, uenantes, aucupijs incumbentes, & quod caput est, scortilla diuersa quotidie clara luce ad se accersentes. Subiungebat (quam uerè hic non excutio,) Prælatos Italicos qui sub oculis Sanctissimi uiuerent, aliter habere

habere uitæ suæ rationes institutas. Quæ uerba ad Episcopi aures cùm peruenissent, sic illius animum percusserunt, ut nisi Iesuita tempestiuè se isthinc amouisset, milites aulæ eiusdè primarij, ipsius domini sui imperio, baculari pulsatione obiter præmis sa, præcipitem fuerint electuri. Nemo itaq; qui beneuolus sit, suadere Iesuitis debet, ut Vngarici cleri & in primis Prælatorum animos ad aliquem modestiæ pietatisque sensum retrahere studeant. Plus illos cubilia, culina, aues, piscatio *, pinguisq; ferina, quām aut regnum cœlorum, aut Pontificiæ amplitudinis & maiestatis incolumitas, capiunt. Et cur obsecro non sint in istis Episcopis ac presbyteris tolerabilia quæ in Pontifice non solum non dantur crimi ni, uerum etiam laudi ducuntur?

Maiora quædam hic Scriptor quem pau lo antè laudauimus Leonii cōdonanda esse *Vita Leonis* censet: ex quibus illud est, quod Sodomiæ *Li. 4. pa. 9.* laborauerit infamia, cuius præclaræ excusationes ab hoc ipso afferuntur: Primùm, quod alia sint Principis uitia, alia hominis. Deinde quod seruidæ ætatis, & prosperæ ualitudinis æstus aliter sustineri infrænarique non potuerint. Ad hæc: quod Leo *Aelius Sim-* Pontifex, à quibusdam Talpa dictus, quan- *cerus in E-* tum- *pigr.*

192 APOLOGIA PRO ECCL^E
tumlibet impurus fuerit, ad famam tamen
superiorum Pontificum collatus, castitatis
continentiaeque laudem mereatur. Arrigi-
te aures etiam atque etiam, nostri Iesuitæ:
Ecquid ista auditis? Ecquid uestrorum uos
Pontificum pudet? inter quos Leo X. So-
domita longè omnium castissimus tanti
historici & Episcopi confessione iure o-
ptimo reputatur. Quòd si Rom. Pontifi-
cem libidinari & fœdissima quæq; perpe-
trare patientissimis animis fertis, ò præcla-
ri à p. uos & præfecti q; moribus, quo iure que-
so cæteris tum Episcopis uestris tum pres-
byteris, quòd feras uolucresq; conseñen-
tur, criminis dabitis?

*Venatores
ouii Christi
Pontificij.* 83. Illud est totius mundi iudicio in-
tolerabile, quod lupi isti Pontificij perpe-
tua uenatione occupantur non iam fera-
rum, sed C H R I S T I ouium, quas miser-
rimè maculant & interficiunt, quarum san-
guine annum iam sexagesimum igni fer-
roque crudeliter hausto sitim suam rabi-
dam explere non possunt, quarum ne no-
men quidem ac memoriam in terra uiuen-
tium superesse summam omnium suo-
rum & uotorum & conatum, iampridem
statuerunt. Nihil enim minus ferre pos-
sunt, quam si uideant pios ac simplices
homines.

homines uni C H R I S T O perfidem ad-
dictos reiectis hominum doctrinis, mun-
doque abnegato post exantlatos miseræ
huius uitæ labores ad æternæ felicitatis
portum aspirare: cùm carnales ipsi inter-
eà sint, & uoluptatibus terrenis inebriati:
nec primitias Spiritus habeant, quibus i-
psum Pontificem Romanum carere, at-
que in eo uno minimè esse Petri successo-
rem eximius quidam Iesuita nuper scri-
psit. Quod ipsum an & uos sentiatis de
uestræ Ecclesiæ capite, ô nostri Iesuitæ, cu-
pimus quàm primùm resciscere. Hoc e-
nim pacto Sanctissimus D. V. (non enim
N.) Papa, Spiritu adoptionis quo omnes
filij D E I donari solent destitutus, deterri-
mus omnium mortalium C H R I S T I no-
men profangentium, aut quoquomodo a-
gnoscentium erit, (nedum caput Ecclesiæ,)
atque adeò ueri nominis & tituli S E R V O_Z
R V M S E R V V S, uocari poterit, eo tamen
senſu quo ista phrasis semel in sacris Bi-
blijs usurpatur, Gen. 9. his uerbis: Maledi-
ctus Chenaan, seruus seruorum erit fratri-
bus suis.

84. Sed tantum sit de Venatione in Sy-
nodo Sabariensi prohibita, & de alijs qui-
busdam friuolis canonibus Iesuitarū auspi-
cio

Fran. Tur-
rianus, Con-
tra Ant. Sa-
deel pa. 175.
176. Re-
spons.

cio ibidem (quod nec benè uertat) promulgatis: quę an aliquid ad pietatem Christianam & sanctos ministrorum Ecclesiastico-rum mores faciant & quatenus à Pontificijs ipsis, summis pariter ac insimis seruen-tur, non est obscurum. Solemus & nos, nō

Ioachimus Camer. dicit aduersus quādam clauib. gloriantem: esse καδδία κανοθεσαρα quādam: ex Aristophanis Cercal. ce lebr. Item ex 11. c. Lu- ca clauē quādam ablatā à Iudeis, ut ne patarent fores calo- rum. Tales claves no- siros Phari- seos Iesuitas possidere nō abnuimus. pore mundus iste insipidus laudet ac admiretur, & eosdem M. p. clauem scientiæ habere glorioſius quam ueriū ueterum in- star Pharisaorum affirmet) sed officij ratio-ne admoniti, obtestari nostros sedulò etiā atq; etiam per Dominum I E S U M C H R I- quādam: ex s t v m , & per illumstrem iamq; propinquū, atq; adeò foribus imminentem aduentum eius, ut sint in specula semper, nec ullū dies noctesq; pro Ecclesia orandi finem faciat, ut eam Dominus postremis hisce difficulti- mis temporibus aduersus Pontificios fu- rores potenter conseruet ac tueatur. Nec tantū orent, uerum etiam cœleste uerbū, quod in ipsorum ore posuit Dominus, si- deliter annuncient, ac prædicationem hu- ius autoritatemque, sanctę uitę & hone- stis morum exemplis confirmant ac stabi- liant. Diligenter autem aduigilent, & cum animis suis quam attentissimè obseruent artifia Satanæ atq; Antichristi, quibus in hac

hac postrema, & ad interitū uer gente mun
di ætate securos homines captare, atq; ip-
sos etiam (si fieri posset) Dei filios in fraudē
exitiale inducere illi moliuntur. Expendat
præterea secum uel in primis quod genus U de Iesu sibi
Monachorū & quale sit istud Iesuiticum:
de quo ego meum, quam potero breuissi-
mè sensum exponam.

85. Duo sunt, quæ de Antichristi ruina &c. 2. Thes. c. 2.
euersione à Paulo prædicuntur. Vnū, Quod
conficiendus sit Spiritu oris Domini. Alte-
rum, quod illustri eius aduentu abolendus
& quasi obliterandus. Cofecit sanè Dei Fi-
lius Seruator noster custos ac uindex Ec-
clesiæ suæ, pergitq; in dies confiscere uerbo
suo Antichristum: qui tamen durabit usque Durabit pō,
ad mundi finem. Quod ut fieri possit, Iesui tifia Pseu-
tæ exorti sunt non in postremis, qui finun- deccl. si. a us-
cari iusto Dei iudicio ad tempus in Ecclesia que ad finem
graffari: imò quibus hæ datæ sunt partes, seculi.

ut quatefactum & collabentem Antichristi
dominatum, stylo suo & perplexis insidio-
sisq; disputationibus suffulciat, quod perdi-
tus ille homo, ad Iesu Christi D. N. diem
exterminandus eradicandusq;, atq; adeò
in nihilum redigendus, reseruetur.

86. Interea nos lupos istos premere Dei

N uerbo

196 APOLOGIA PRO ECCLES.

uerbo consecutariq; non desistemus, bonaq;
 in spe erimus, Papalis imperij insigne il-
 lud, triplicem coronam apud inferos con-
 flattam, qualem ipse Satanas apud barba-
 ros illos Calecuthenses Indos ferre dici-
 tur, malleo diuinæ iusticiæ, ac ueritatis in-
 mogr. pag. uictæ, propediem comminutum iri: atque
 2087. etiam fore, ut euerso primatu Antichristia-
 no, Iesuitæ ipsi, qui illum tanta ui defen-
 dunt, pro insigni ea, quam spe sibi nunc de-
 stinant, gloria, insignem se ignominiam so-
 cietati suæ conciliatam, ac sempiternū de-
 decus reportasse intelligant. Nec sanè ne
 nunc quidem recentes isti Sophistæ con-
 tortis illis, quibus se iactant, argumentorū
 strophis ac disputationū, magnopere nos
 perterrent: Nec etiam causa ulla est, cur aut
 Papam Iesuitarum Creatorem nimis per-
 horrescamus, aut eius Palatium, unde bru-
 ta anathematum fulmina uibrātur, aut de-
 Li. 3. Epist. 300. ni que Tarpeiam illam sedem atq; arcem,
 quæ ut Hieronymus ait ad Marcellam scri-
 bens, saepius iam de cœlo fulminata,
 satis ostenditur Deo di-
 splicere.

ZENION

IESVITIS EXHIBI-
TVM, ALIQVOT

EPIGRAMMATA

AB ALVMNIS SCHOLAE VARADIENSIS CONSCRIB

pta & edita, in gratiam Iesuitarum.

*Quibus accedit institutio Monachi,
Carmen, cui titulus est inditus,*

IESVITAS:

In titulum PATRIS, quo Iesuitæ superbiunt:

SVNT omnes PATRES nequissima
turba SVITÆ,
Et tumet hæc titulo perfida secta suo.
Est Marcus PATER, est Franciscus &
ipse Ioannes,
Antonijq uiget fama decora PATRIS.

Nouimus & PATREM Volgangi nomine dictum
Et Stephanum PATREM Gregoriumq simul.
Deniq non adeò quisquam est Iebusita minutus,

Sordibus aut plenus, quin PATER esse uelit.
Sed si omnes PATRES, est'ne his Pater omnibus unus?
(Terra horum genitrix) at Pater est Satanas.

198 APOLOGIA PRO ECCLES.

Ille Pater fraudum Satanas fallaxq; feruſq;

Sanguinis ille audius, corda superba gerens.

It Pater hos P A T R E S imo subinisit ab Orco

Falleret ut mundum de meliore nota.

Hunc referunt P A T R E M fastu, uita, arte Suitæ,

Quare hos Tartareos quis neget esse P A T R E S?

D. S. F.

In Marcum P.

M A R C E quid insanis, quæ te dementia uexat?
Auden' te doctis æquiparare viri?
Doctus es: at doctrina animas tua perdit & olim
In Stygias tecum præcipitabit aquas.

M. D.

In eundem.

D I C mihi Marce, Patris gaudes eur nomine tantum,
Cùm tibi sit soboles non nisi clam genita:

M. D.

In Suitas.

N O M E N ab immudo sue eur sumpsere S V I T A!
Scilicet immundis sunt suibus similes.
Porca luto gaudet turgens abdomen ueniris,
Gaudet inhumanis quisq; Siuita sonis.

Inficit

*Inicit illa luto quo suis discrimine nullo:
Inquinat hæc doctos garrula secta uiros.*

M. D.

In Chrisma & Rasuram Cle-
ri Romani.

CHRI S MATE quod careant, quod R A S O uers
tice nostri
Damnantur capitis Romule Papa tibi,
Papa tibi, atq; tuis impura mente cinædis
Grande nefas saluis misificare pilis.
Grande nefas sanctas non unctum accedere ad aras,
Hoc etenim pietas cardine uestra sita est.
O' stolidum rectaq; caput rationis inane,
Purgandum Anticyris non numerabilibus.
At tibi nos Missam & R A S O S cum C H R I S M A T E
Linquimus, & Monachis Porcigenisq; tuis. (crines,
Iura itidem debes tu nostra relinquere nobis,
Ut liceat summi iussa sonare Dei.
Vt simul Domini liceat mysteria C H R I S T I
IRR A S I S populo tradere uerticibus.

D. S. F.

In Paulum Arenam, Iesuitastrum
Varadiensem.

EX Acheronteis protrusus nuper A R E N I S
Condigni Paulus nomine omen habet.

N 3 Per

200 APOLOGIA PRO ECCL.

Per quem funiculos ex uida necuit ARENA

Papa, ouibus Christi dum parat insidias.

Hic ubi pellucens flauas deuoluit ARENAS,

Chrysius & nitido permeat arua pede.

Hic se ille ad Libycæ numerum confudit ARENA

Posse Suitarum multiplicare genus,

Atq; agrum Domini iactis conspergere ARENIS,

Ne uireat sancto germine lœta seges.

Verum ut puluere & uento disflantur ARENA

Et rapit has subiis turbidus imber aquis.

Ut fera diluuiis madidas euerrit ARENAS,

Altq; littoreas subruit unda domos.

Sic te diuinæ tempestas auferet iræ,

Dum struere in fragili littore tecla paras.

Auferet illa simul te Paule tuosq; Suitas,

Quos Stygis in lucem nigra lacuna dedit.

Nam ruit aggesto surgens in puluere turris,

Nec fundat stabiles puris ARENA domos.

D. S. F.

In Manlium Emeranum, Iesuitarum
asseclam & Parasitum, wo-
τηριον λέπτων.

IVR E colis Manli turpes Emerane Suitas,

Secta nimis quadrat moribus isla tuis.

Sunt Monachi uaga turba tui, sic ipse uagaris

Ambiguus, certa nec statione manes.

Deuota in Mariam Monachi sunt pectora: sic tu

Deuolos oculos ceu Monialis, habes.

Prodere

Prodere falso qui insontes didicere Suitæ,
 Artificem sic tu proditionis agis.
 Deniq; non monachis calicem interuertere Christi
 Religio est, populo quem dedit ille suo.
 Sic tu quæ curas conuasas pocula, & illis
 Viscatas adhibes furiferasq; manus.
 Erro, Pontifici deuotus, proditor & fur
 Poclorum, uafro uafrior Autolyco:
 Perge fouere tuos, perge exornare Suitas,
 Laetucas labris conuenienter habes.

D. S. F.

In eundem.

MANLIVS incedit, sernate ò poclaminiſtri,
 Ne quid adornato transuoleat ex abaco.
 Nam quibus his uasis piceatos applicat ungues,
 Migrare in loculos marsupiumq; solent.

D. S. F.

N 4 IN

INSTITVTIO MONA
CHI, CARMEN, CVI
titulus est inditus,

I E S V I T A .

Ingeniosus & studiosus bonarum li-
terarum Adolescens ex Eribulo sene,
Monachorum quondam oltore, con-
siliū uitæ ad pacem & securitatem,
nec non ad iustum nominis glo-
riam instituendæ, ex-
quirit.



O C quoq; consultis Eribule fidelibus ad-
de, ADO.

Quo cumulare modo possim mihi cōmōd-
da uitæ

Ex facili atq; œuum curis agitare solutis.

Nam neq; literulas Latias Graiasq; uigenti
Perceptas animo, atq; artes Musasq; benignas
Deserere intendo, quia me dulcedine ducunt
Præcipua. Agrestis Corydon & Demea durus
Tractanto stumulos taurūm, & sibi sarcula habento.
Me iuuet ingenuas pectus coluisse per artes.
Nec tamen interea, (haud bene sanis est uelutimos,) His,
Implicitus causis populi decidere lites
Rixosas cupio: mihi nec ciuilia cordi
Iura, nec arridet Templi plebeia caterua;

Hir, qui conuentu clamat mercede docenq;
 Donarim cathedras Plebanis, qui simul urbes
 Oppidaq; intrarunt, iam libertate relicta
 Mancipio sese mox dedunt, atq; cathedris
 Affixi, in priuas peragunt suam unia luces.
 Quin etiam ductis permulii uxoribus, horum,
 Nectuntur laqueis fatui, dum pondera sumunt
 Auersanda asinis, bellum & sociale capeſſunt.
 Hostibus euenant ingrata hæc prælia nostris:
 Mortuus est, torquent cuius mala tædia uitam.

SBN.

Accipe, (quando quidem curas uitæq; labores
 Pauperiemq; simul missis ambagibus horres,)
 Copia qua uitius tibi sit ratione paranda,
 Sudores nimios citra, laterumq; tumultus.
 Principiò uitæ modo commemorata, saliuæ
 Cautius inferni canis, afflatuq; Chimæra.
 Publica res ualeat ualeant ciuilia iura,
 Plebanis male sit, sua quos facundia sortes
 Coniicit in miseras, maneat sua pena maritos.
 Tu genio capitiq; tuo bene consule solers,
 Vi quoq; uitæ libet instrumenta beatæ
 Promere, sint preſto, nec te hæc quæſueris extra.
 Quod capiam (quaris) uitæ genus? inteream si
 Non istud caput est: dicam: Monachalibus exple
 Delicijs fugientem animam. Si noueris uti
 Tam facili norma, sapient mox omnia nōris,
 Omnia perimces, experto crede magistro.
 Sed monitis opus est. Si tu Monachalia iusta
 Illa putas, que Clauſtrales per prisca tulerunt

N S

Seclæ,

Ecclæ, pudorificis exulti uestibus, atq;
 Chordis præcincti rigidis, procul aiuis erras.
 Quid mihi calopodas, quid nunc meditare cucullos?
 Ne tibi sit tanti Franciscus, ne tibi clara
 Præful ab Hippona, sed nec sanctissimus ille
 Bernardus doctiue potens Hieronymus oris,
 Istorum ut ritus, leges aut tollere uestes
 Incidat in mentem. Valeant Cicestria tecta
 Carmeliq; domus, & cellæ Cluniacenses.
 Omnia quæ sano si quis sibi pectore constet,
 Non obolo aerato sibi comparet. Horrida uita est
 Nempe cuculligerum, quos tu si tramite recto
 Rem reputes, iam uix hominum dignabere censu.
 Bruta uiris mens est, quos uasta oblectat eremus,
 Prærupti nemoris patientes uiuere dorso
 Quos iuuat, & penitus condit sylvestribus antris,
 Qui clausi in tembris rabiosa silentia rodunt,
 Pauperies quibus est ultronea, uita beata,
 Et numeris perfecta suis. Fuge credere quicquam
 Esse magis fatuum genere hoc, prauiq; cerebri.
 Contemplare etenim, quo tales mendica caterua
 Saltibus è densis prorepens tendit ad urbes:
 Quam fæda illuuius? quam frons adrasa pilorum
 Scabricia, & fordens olidæ putredine cappæ!
 At tamen hi tales saecis atq; utribus amplis
 Armati, uicos adeunt & ditia lustrant
 Prædia fallacei, uimetaq; lata peragrant.
 Atq; ita si quicquam Cereris Bachi ue recentis
 Corrasum est, secum reuehuni hyemiq; reponunt.

Sit tua dissimilis ratio, cautusq; putato
 Esse cū culligeris satius, Monachisq; minutis,
 Punib; incerti quiēs sunt, ex arbore celsa
 Effractis pendere gulis, quam iuvere tales.
 At uero noua nunc emerit se clā per orbem
 Non modō quæ monachos claustrales, nec modō Patres
 Sacrificos superet: uerum Regesq; Duceſq;
 Diuitijs, fama, doctrinæ laudibus amplis.
 Cæsaribus, Regi, Ducibus clarisq; Dynastiis
 Principibusq; uiris **CHRISTI** de nomine dicē
CHRISTICOLAs satis est: hæc nomen sumpſit **I E S V**
 Nomibus cunctis sublimius, optima ſecta,
 ſecta modeſta, pudens: tum religiosa, fidelis.
 Hanc tu ſi ſapies, rebus, generoſe, relictis
 Ingrediere: erit hic caeleſtis uita, futuræ
 Principium. Socius quoniam famosus **I E S V**
 Incedes, caput & ſumma inter nubila condes.
 Nec tu comualles nec tu captabis eremos
 Clauſtrorum aut tenebras, aut auia luſtra ferarum.
 Sed Regum atq; Ducum, bone, Sanctorumq; Paparum
 Vſq; ferre oculis: atq; Oceanum pelagusq;
 Hircanum ciuius, gemini uel nominis Iſtrum
 Deſtituent undæ, quam te tua gaudia. Sed nunc
 Da uacuas aures non te iniucunda docent, &
 Semotum à curis animum. Postquam **I E S VITA**
 Factus es, Imperio te auclum iam crede potenti,
 Quadrifidam & pulcher gestato uertice mitram
 Indicium quæ ſit, Ventorum quatuor Orbis
 Sub tua iura redactorum. At ne neglige **R O M A M.**

Vifere

206 APOLOGIA PRO ECCLES.

Visere Pontificem princeps tibi cura sit: V R B I S

Eximias celebra laudes, fer ad æthera famam.

ROMA caput mundi, Flos terræ, Sanctaq; ROMA

ROMA salutanti donans ecclœstia regna.

Romipetz, Sic non difficile multos ratione parabis

Papisticum Romipetas, eris & tota cantatus in V R B E,

vocabulū, Carus Pontifici, & sublimi mente reposius.

Vide p̄f. Quis tibi iam tandem tali contendere uecors

Audeat, ô magni ter & amplius, inclyte serue

Pontificis? Nam tu solidissima fulmina gestas

Numinis Italici. Louis ales es. At tibi curæ

Esse uelim, ne forte loco marcescat in uno

Ille tue uirtutis honor, & uiuida fama.

Qyo magis, (ut primum Roma deuotus ab V R B B

Medalias tibi quæstii,) per cuncta uagare

Regna, tuo quærens mox hospitata ecclœstia uicissim

Pontifici. Aude igitur nostra tellure relicta

Currere ad extremas mundi prædiuitis oras,

Occiduo sub Sole sitas, que nobilis auri

Muneribus factæ, per uasta profunda petuntur,

Remigio promptis iuuentæ nuper Iberis.

Quo simul accésti, fului conquire metalli

Vim magnam, redditum properans. Verum interea te

Quid prohibet chartis doctum fallacibus uti?

Scribe igitur I E S V socijs, quæcumq; putabitis

A' nimium stultius credi tibi posse, disertis

Testibus haud opus est, credent longinqua propinquū.

Quare age non cuiquam fando exaudita per orbem

Simplicibus profer miracula, qualibus Indos

Officij

Officij admoneant cœlestia numina facili.
 Sed neq; te uaga uita iuuet cursusq; uiæq;
 Ex toto: laudo magis aulas celsaq; Regum
 Atria, queis iubeo te uiuere semper amicum.
 Sic melius calamo tristem solabere R O M A M.
 Dum rabido scribes contraria quæq; Luthero,
 Scriptaq; Caluini lacerabis dente superbo.
 At quoties uarias in sectas didita turba
 Te trahet ad uiua ceriandum uoce, (fit istud
 Interdum, nulla est quoniam sincera uoluptas,
 Omnis commoditas sua fert incommoda secum:)
 Pontificem proprij lateris defende misellum
 Opposuit: Patres Graios pariterq; Latinos
 In testes adhibe, pro TRADITIONIBVS atq;
 CONCILIIS pugna. Cœlestis pagina uerbi
 Flexilis & fluxa est: & erit tibi uilior alga
 Si modò sis sanus. Si quis Decreta citabit
 Pontificum, si quis Canones intortap; iura,
 (Aut illum, dedit haud meritum cui GRATIA nomen,)
 Historicos ue libros uaser aduersariu*s* instans,
 Ut proferre notas magni queat ANTICHRISTI:
 Prouida sit tibi mens, tales non tangere libros,
 Auersari etiam, & liquidò confessa negare
 Tuta uia est. Nugas, commentaq; uana uocato
 Prodidit immenso quæcunq; uolumine Papa.
 Postmodò nam poteris, si non te tempora iacent,
 Papigenas libros antiquo reddere honori.
 Indultu id Papæ facies, V R B iquic fauebis,
 Nam nihil est iustum, si non su idem uile R O M A E.

Forsitan

208 APOLOGIA PRO ECCLES.

Forsitan & ludis tu præficiere regendis:
 Hic quid opus facto? Plures conquirere magistri
 Discipulos, auri montes promitte, nec illos
 Blandicÿs captare pius mendacibus, usquam
 Turpe puta: ampullas iace magnas & quate creber
 Pulpita, iunge minas præceptis atq; precatis:
 Crescentes tumidis infla sermonibus utres:
 Sic facilis nisu Romano haud parua creabis
 Gaudia Pontifici: semor nam turba uirorum
 Decedet sensim, Libilitae census acerbæ.
 Succedent pueri sera de gente nepotum,
 Et iuuenes pariter uestris obnoxia turba
 Nequitij, monachos oneris qui parte lenabunt.
 Illud præcaueas, tu ne qua didactra requiras,
 Paganis ea sed ludi concede magistris.
 At quo sit grauis ære manus tibi, Regius illud
 Dependat fiseus: sophiam quod uendere gratis
 Tu soleas, passim grata celebrabere fama.
 Attamen haud segnis tibi su ditescere cura,
 Agrestes habeas moneo, fortesq; colonor:
 Horum opera assidue facias, quorum indiget usus.
 Et clauso inscribas auro: M E T A N G E R E N O L I.
 Quod si perditior quisquam pauperue colonus
 Præpinguem Veneris gustarit luce suillam,
 Siue adeò bubulam, Romana oracula contra,
 Mulctetur boue, frumento, uino, lare, nummis.
 Tum quoties plenis rediit uindemia labris,
 Exige sollicitus decumas, ne rustica pubes
 Auertat quicquam: calcatas comprinere uiuas

Ipse

Ipse tuis manibus nunquam pigrere, colonus
 Quas male pressarit, partem interuertere succi
 Quo posset meditans: oculis hominem deceat uti,
 Arte bonus sua qui tractare negotia curet.
 Sed ne sublimem rapiat te gloria mundi
 Inspidas hominum uoces mala multa mouentum
 Infracius tolera, si te dixerit S V I T A M
 Consimile aut aliquid, statua patientius audi.
 Porro autem uxorem, ne cura domestica crescat,
 Iurgiane quando ueniant litesq; molestie,
 Præcipue caueas, & connubialia uincula
 Vitupera, haud stulte sapiens. Quid si male uexet
 Te furiosa Venus, præstò turba ampla luparum est
 Vade citius Romam, aut alienos concute lectos,
 Extra si Romam desint collegia quinta.
 Iam si doctrinamq; tuam, moresq; probatos
 Per te quisquam carpat, uel libera facta
 Externis audax eliminet, oxyus illum
 Exerce crucibus non extra mcnia fixis.
 Cur etenim improbus is manicas & ferrea uincula,
 Vincula pedum, rauco strepitu quandoq; molestus
 Splendore afficeret? longo caue tempore uiuat.
 Sit locus interior tenebris & sordibus hotrens,
 Qyam radijs Phœbi, Stygijs admotior umbris,
 Detrudi quo dignus erit: tu missus abibis
 Pontificis uenia, infernas ruet ille sub umbras,
 Nec minus idecirò uultus furiosus & acer
 Sit tibi Calumos contra, sœuosq; Lutheros.
 Nec uitrides tabulis ceras, sed rubra sigilla

Appens

210 APOL. PRO ECCLES. REFORM.
Appende, & nitidæ uarianſ pulmenta culmæ
Lauicjſ muliis differtus transige uitam.

Plura monendus eras: Oltorem dicere pauca
Par fuit, idcirco uerbum non amplius addam.

INSTITUTIONIS MO-
NACHI FINIS.

TRACT^A

TRACTATVLVS
DE
H Y P O S T A T I C A
VNIONE DVARVM NATVRA-
RVM IN CHRISTO MEDIATO-
re breuibus Questionibus com-
prehensus.

A V C T O R E
MATTHIA THORACONYMO,
1 5 8 6.

MATTH. 24. MARC. 13.

Tunc si quis uobis dixerit, Ecce h̄c Christus,
aut: Ecce illic, aut: Ecce in deserto est, aut: Ecce
in conclaib⁹: caute, ne egredimini, ne credi-
tote. Ecce prædixi uobis omnia. Surgent enim
Pseudochristi & Pseudoprophetæ, & edent si-
gna magna & miracula, ita ut seducant (si fieri
possit) etiam electos.

AD L E C T O R E M.
Quis uerus Christus: quis Pseudochristus, id ex hoc
Paruo cognosces, Lector amice, libro.

O SPE-

213

SPECTABILI ET MAGNI-
FICO DOMINO, DOMINO FRAN-
cisco Dobo de Ruzca, Comiti Comitatus
Bariensis, ac partium Regni Hungariæ
Cisdanubianarum supremo Capita-
neo, &c. Domino ac Patro-
no suo gratiolis-
simò,

GRATIAM ET PACEM A' DEO PA-
TRIB PER CHRISTVM IESVM.

Seruator noster Christus Iesus,
cum adhuc corporali sua præ-
sentia in terris versaretur,
prædixit fore, ut postremis tē-
poribus multi exoriantur Pseudoprophetæ,
qui miseriis mortalibus, eò quod simplicem
Euangelij veritatem non receperunt, loco
veri Christi, varios Pseudochristos obtrusū
risint. Idq; ita, & factum iam pridem esse,
& fieri adhuc hodie, perspicuum & manife-
stum est. Etenim inde usq; à tempore Apo-
stolorum, sincera Christi Ecclesia cum tali-
bus Pseudoprophetis conflictari & luctari
necessæ habuit. Quippe viuo adhuc Iohan-
ne Euangeliſta, erant iam qui negarent e-

O 2 iernam

ternam Christi deitatem: erant etiam qui negarent veram ipsius carnem sive humanitatem. Nec ita longè post memoriam Apostolorum, eandem concordiam, mutatis duntaxat personis, Diabolus mille nequitiarum artifex egit. Veram namq; & eternam Deitatem Christi negavit Arius, Sabellius, Samosatenus: veram eiusdē carnem sive humanitatem negavit Marcion, Eutyches, Apollinaris. Hoc autem seculo qui & quales Pseudochristi à seductoribus Pseudoprophetis Mundo obtrudantur: ex his ipsis, quæ hoc Tractatulo continentur, legentibus cognoscere licebit. Atq; hæc quidē ego, sic postulante ratione muneris mei, non ita pridem auditoribus meis proposui & expli- caui: Cung; eadem non indigna esse iudicarem, quæ cū pluribus communicarentur & latius propagarentur, euulganda esse, idq; sub auspicio incliti nominis Magnificentie Tuae, putauit: Cum ut qualiscūq; testificatio mea erga Tuam Magnificentiam gratitudinis extaret: siquidem septimum iam annum liberali patrocinio & sustentatione Tuae Magnificentiae utor: tum ut non obscurè intelligant

telligant omnes, qui haec legent, Tuam Magnificentiam veram de vero Christo Seruatore nostro doctrinam libetere & ex animo amplecti: id quod vel ex eo praesens etas intelligit, et futura quoq; cognoscet, quod Tua Magnificentia magno studio in eam curam incumbit, ut viros doctrina, virtute, fide ac pietate prstantes cum scholis tum Ecclesiis in ditione sua prefectos habeat: sicut etiam habet. Enim uero haec demum res decus & splendorem nominis pariter ac generis magis ac magis Tua Magnificentiae adaugebit. Etsi enim pulchra & eximia laus est Tua Magnificentiae: Non solum tot tantasq; curas ac solicitudines dies noctesq; pro salute & tranquillitate afflictæ patriæ animo se perferre, sed etiam fortiter & victoriouse crebro cum hoste barbaro sanguinem Christianum fitiente configere: tamē multo maior & nunc est, & apud piam posteritatem erit ex eo, quod Magnificentia Tua, pro virili sua parte, fidem & sedulam dat operam, ut cum studio bonarum literarum sincera etiam & incorrupta Euangeli doctrina propagetur ac conseruetur. Nempe,

O 3 quanto

quanto bona illa cœlestia, voce Euangelijs
patefacta, terrenis et caducis bonis præstāt,
tanto maiori laude digni sunt, qui ea ad
normam voluntatis diuinæ in salutem mor-
talium & laudem nominis diuini latè spat-
gi ac conseruari procurant. Sed hac iam-
pridem notiora esse Tuæ Magnificentie ar-
bitror, quam ut me hoc tempore plura ver-
ba de iisdem facere necessitate fit. Quare quod
supererest, toto pectore vota facio, ut aeternus
Dei Filius, Dominus & Seruator noster
Christus Iesus, Tuæ Magnificentiae cum suis
omnibus, longa & optata vita spatio cle-
menter largiri dignetur, Patachini, Mense
Aprili, Anno Domini 1586.

Tuæ Magnificentiae dedi-
cissimus Seruus

Matthias Thoraco-
nymus.

TRA-

TRACTATVLVS

DE
HYPOSTATICA VNIO-
 NE DVARVM NATVRARVM
 in Christo Mediatore.

Quid nominatur unio?

I.



Nio siue unitio, Græcè ὑνοια di-
 ta, est duarum pluriūmue re-
 rum coniunctio & copulatio.
 Eius variæ sunt species. Inter-
 dum enim materia cum forma:
 interdum accidens cum subiecto: interdū
 partes cum partibus ad constituendum to
 tum uniuntur.

Differ'ne unitas ab unione!

II.

Maximè. Vnitas enim, quam ἑότια Græ-
 ci uocant, aut principium numeri signifi-
 cat, licet ipsa numerus non sit: aut naturæ
 identitatem (ut ita loquamur) in ijs, que nu-
 mero differunt. Verbi causa, Petri, Pauli, Io-
 hannis, quia una omnium trium est natura
 siue essentia, nempe humanitas: unitas e-
 tiam siue identitas est naturæ ipsorum. In
 personis autem Trinitas consistit, eò quod
 horum trium inter se distincte sint tres per-
 sonæ, quarum singulæ unitatem personæ
 constituunt.

O 4 Eſt'

*III.**Est' ne in Christo unitas & unio?*

Est sanè unitas quidem Personæ: quia unica duntaxat est persona Christus. Vno uero seu unitio naturarum: quia in Christo duæ distinctæ naturæ, diuina uidelicet & humana, unitæ & copulatæ sunt.

*IV.**Quid uocas naturam?*

Idem quod essentiam siue substantiam, & quod Græci οὐσίαν & φύσιν dicunt. Hæc enim promiscuè tum Græci tū Latini Theologí pro eodem usurpant.

*V.**Quid uero ὑπόστασιν?*

Idem quod Latini personam & substantiam Græci autem promiscuè ὑπόστασιν, ψευδήμην & πρόσωπον appellant.

*VI.**Quid est persona?*

Est naturæ rationalis individua substantia non sustentata in alio.

VII.

Ista intelligo: iam igitur quid sit hypostatica duarum in Christo naturarum unio, scire aueo.

Hypostatica duarum in Christo naturarum unio, est humanæ naturæ ex substantia Virginis Mariæ sine peccato facta assumptione in unitatem personæ τῆλον. Quia assumptione τῆλον Θεi Filius carnem assumptam

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 119
sumptam: id est, humanam naturam, suam
propriam fecit, ut loquitur Cyrillus.

Habet' ne ista unio aliud nomen?

VIII.

Habet. Nam Latini Theologi eam etiā
incarnationem appellant, sicuti Græcos,
præsertim Athanasium & Theodoretū, qui
eam nunc σάρκωσιν, nunc ἐνσάρκωσιν: id est, in-
carnationem, siue carnis assumptionem:
nunc deniq; ἐνανθρωπησιν: id est, humanitatis
assumptionē nuncupant. Vnde ipsum Chri-
stum θεανθρόπον & θεάνθρωπον: id est, Deum ho-
minem, nominant.

Cur ita?

IX.

Quia æternus Dei Filius est uerus tum
Deus tum homo in unitate personæ.

Quando cœpit hæc unio siue in-
carnatio?

X.

A primo statim conceptionis momēto.
Ac ipsa humanitas concepta quidem est o-
peratione sancti Spiritus præter usitatūm *Luc. 1. 35.*
ordinem naturæ, ac supra omnem mentis
humanæ captum: incrementa autem sua ha-
buit secundum usitatūm naturæ ordinem, *Luc. 2. 6.*
tum in utero matris Virginis tū extra hunc *42. 52.*
in lucem edita.

Quod est fundamentum istius hypostati-
cæ unionis?

XI.

Fundamentū unionis hypostaticę ipsum
O 5 Dei

Dei uerbum nobis proponit. Primum cum Christum uocat Immanuelem: id est, nobiscum Deum. Quam uocem Græci conati sunt exprimere, cum Christum θεόν φαστον & θεόν φον appellarunt. Deinde locum Esaiæ clarius exponit Iohannes Euangelista, cu docet τὸν λόγον, qui ab initio erat apud Deū, qui erat Deus, per quem omnia facta sunt, factum esse carnem: id est, hominem: Caro enim in sacris literis, phrasē Hebræa, sēpissimè naturam humanam significat. Deniq; tum Iohannes tum Esaias apertiū intelliguntur ex declaratione Pauli Apostoli ad Heb. cap. 2. 14. 16, ubi dicit Filium Dei participē factū esse carnis & sanguinis, eūq; si sumplisse semen Abrahæ: id est, humanā natūrā ex semine Abrahami. Atq; hac loquendi formula pleriq; ueterū mysteriū incarnationis Filij Dei declarabāt. Ex hac declaratione intelligi possūt etiā hęc loca Ioh. 2. 19. 21. 2. Cor. 5. 19. Phil. 2. 7. Col. 2. 9. 1. Tim. 3. 16.

XII.

Quid hinc amplius efficitur?

Hoc nimirum, quod mysteriū hypostaticæ unionis commodissimè explicatur uerbo, assumenti. Vnde certò colligitur aliā esse naturā assumentem, aliā item assumptā: Ac proinde duas esse perfectas in una Christi persona naturas, deitate uidelicet a humani-

manitatem, personali unione incōfusè, in-
conuertibiliter, indiuulsè, inseparabiliter,
copulatas & unitas esse, ut loquitur Syno-

Anno Domini

ni 455.

dus Chalcedonensis contra Eutycheten.

Si perfectæ duæ in Christo naturæ sunt: nonne XIII.

etiam duæ personæ?

Minimè gentiū. Nam etiam in homine
duæ sunt naturæ, altera corporea & corru-
ptibilis, altera incorporea & incorruptibi-
lis, anima uidelicet rationalis. Quæ tamen
non duas, sed unam tantū hypostasin con-
stituunt. Sic quoq; in Christo, licet duæ sint
naturæ: non propterea tamen duæ personæ,
nec duo Christi, nec duo Filij, alter Dei, al-
ter Mariæ: sed unus Christus, unus Filius à
naturæ & à personæ: id est, sine Patre, sine matre.

Heb. 7. 3.

Qui sic istud?

XIII.

Quoniam Christus post factam assump-
tionem humanitatis, persona seu hypo-
stasis propriè uocatur & est, non respectu
humanæ naturæ, quæ in deitate τοῦ θόρυβου su-
stentatur, sed diuinæ tantum, quanquā ab
humana minimè separatæ.

Quæ uero huius rei causa est?

XV.

Quia humana Christi natura nunquam ex-
titit, nisi in deitate τοῦ θόρυβου, à qua etiamnum
sustentatur & in eternum sustentabitur. Quod
si unquam humana illa natura à Christo
assum-

222 DE HYPOSTATICA VNIONE
assumpta, prius ut persona extitisset, quam
assumeretur: iam sanè duarum perso-
narum facta fuisset unio: ac proinde Chri-
stus ex duabus personis constaret. Qui er-
ror fuit Nestorij, refutatus & damnatus in
A.D. 435. Synodo Ephesina prima.

XVI. *Si una est tantum persona Christi: uidetur fa-
cta esse confusio tum naturarum
tum proprietatum.*

Id uero minimè consequitur. Nam & in
cuiusvis hominis unica persona duæ sunt
naturæ corruptibilis & incorruptibilis,
quæ tamen & essentia & proprietatibus di-
stinguuntur. Nam altera est spiritualis, alte-
ra corporea. Spiritualis proprium est ra-
tiocinari, intelligere, discere, docere, dispu-
tare, numerare, &c. Corporeæ proprium
est ire, stare, sedere, iacere, dormire, &c. Sic
quoq; Christus est una tantum persona in
duabus naturis, ut properea, nec nature i-
psæ, nec naturarum proprietates uel aboli-
tæ uel sic confusæ sint, ut ex his tertiu quid-
dam, nempe una Christi essentia & subsistē-
tia, cessante naturarum discrimine, resul-
tet. Qui error fuit Eutychetis Monothele-
tarum, Suenkfeldij, & hodie est Vbiqui-
starum.

Declarata

Declaraplanius quid uelis?

XVII.

Hoc dico. Sicut per unionem hypostaticam neq; deitas in humanitatem, neq; humanitas in deitatem conuersa est: ita unius naturae proprietates essentiales in alteram naturam nulla ratione demigrarunt. Idcirco sola natura $\tau\bar{\nu}\lambda\bar{\nu}\tau\bar{\nu}$ est æterna, infinita, circumscripta, immortalis, omnipotens, omniscia, creatrix omnium rerum. Humana autem natura certo tempore cœpit, & est creatura, non rerum omnium creatrix, est finita & circumscripta, non est omnipotēs, & mortal is fuit, quanquam iam non sit, neque nata est omniscia: quia creuit sapientia, & ignorat diem extremi iudicij, Luc.2. 52. Marc.13.32.

Cum indissolubilis sit ista unio: nōnne uti ipsa

XVIII.

deitas, sic quoq; humanitas Christi est in-

finita ac proinde ubiq;?

Nequaquam. Infinitas enim perinde uti æternitas, ita est solius deitatis propria, ut in creaturam nulla ratione cadere possit: alioqui Deus esset mutabilis. Proinde cum humana in Christo natura sit creatura: finitam hanc & circumscriptam esse tum tempore tum loco necesse est. Et de tempore quidē non dubitantur. Numerātur enim iam à partu

224 DE HYPOSTATICA UNIONE
à partu Virginis anni 1586. Sed an loco etiam finita & circumscripta sit humanitas Christi uehementer disputatur. Circumscriptum autem & finitum, etiā loci respectu, esse Christum, qua homo est, sacra Scriptura locupletissimè testatur, siue statū humilationis, siue glorificationis cōsideremus. In statu humilationis, cū in prēsepi iacuit, non erat certè tunc alibi. Et Magi eū non Ierosolymis, sed in Bethlehem tantū inuenierunt. Et cū in Ægypto fuit, in Iudea nusquam reperi, est. Et duo decim annos natus puer existens, cū in téplo disputaret, alibi, licet quēsus, nusquam repertiri potuit. Deniq; cū in cruce penderet, cū in sepulchro iaceret, alibi certè tunc corpore præsertim suo, de quo potissimum disputatur, nusquam fuit. Sic quoq; in statu glorificationis, cū egressus esset sepulchro, in eo postea, licet quēsus, repertus tamē nō est. Et Angeli dicūt: Ecce locus ubi posuerunt eum. Surrexit, non est hic. Dehinc diuersis tū locis tum temporibus cōspiciendū se exhibuit. Primū quidē eo quo resurrexit die, Marię Magdalenę manē uisus est in horto. Deinde post meridiē duobus euntib. in Emmaus. Tertiō uesperī undecim discipulis suis Ierosolymæ. Et post octo dies ibidē eisdē. Tandē ad mare Tybe.

Tyberiadis discipulis piscantibus. Præter- 1. Cor. 15.
ea amplius quām quingentis fratrib. Denī. 6.
que die 40. uisus est multis, quos ipse edu- 1. Cor. 13.
xit Ierosolymis in montem Oliueti, ex cu- 6.
ius uertice sublatus est in nubem, ex nube
ferebatur in Cœlū, imò penetrauit omnes Act. 1.
Cœlos, atque ibi ubi uult liberrimè in Hebr. 4.14.
gloria & maiestate ineffabili manet usq; ad Eph. 4.10.
tempora restitutionis omnium: id est, usq; Act. 3. 21.
ad extremū diem ultimi iudicij: idq; Heb. 8.4.
ad eo ut si nūc in terris esset, ne Sacerdos q-
dem esset. Christus igit̄ humanitate sua &
corpore suo finitus ac circūscriptus est, ad-
eo ut nunc nō nisi supra omnes Cœlos sit,
quantūuis interim maiestate deitatis suæ,
in Cœlo & in terra nusquam nō sit: siquidē
deitas infinita & incircumscrip̄ta est.

Nōnne diuelliatur ista unio: si Christus humani- XIX.
tate sua ubiq; non sit?

Nequaquam. Finitum enim infinito su-
stentatum diuelli ab eo neutiquam potest.
Atqui humana natura finita est, quæ ab in-
finita rōv nō, deitate sustentata, tāto minus
ab ea diuelli & distrahi potest, quanto ar-
ctior facta est hypostatica unio.

Nōnne saltem multis simul in locis corpus XX.
Christi esse potest?

Nō potest. Primū quia unū cōrpus nu-
mero,

mero, quale & Christi est, actu ipso in multis simul locis esse est impossibile. Deinde quia simul actu ipso in pluribus locis esse est tantum naturae infinitae, qualis certe humana Christi natura non est. Deniq; quia Sacra Scriptura nusquam docet, corpus Christi uel nunc esse, uel unquam fuisse simul in multis locis, sed enim contrarium docet, uti suprà ostensum est.

XXI. Atqui Christus est omnipotens: nonne igitur potest corpore suo multis simul in locis esse?

Ad huiusmodi quæstionem respōdet Tertullianus aduersus Praxeam scribens his uerbis: Planè quidem Deo nihil difficile. Sed si tam abrupte in præsumptionibus nostris hac sententia utamur, quid uis de Deo confingere poterimus quasi fecerit: quia facere potuerit. Hæc ille. Nempe igitur non tacitum quid Christus possit, sed multò magis quid uelit nobis considerandum est. Quid autem uelit nos de corpore suo sentire, id nobis uerbo suo parefecit. At uerbum ipsius nusquam docet, ipsum corpore suo multis simul in locis uel nunc esse, uel unquam fuisse. Tantum ergo sapiamus quantum norma uerbi diuini permittitur.

Nonne

Nonne uerbum Dei est, Panem Eucharistiae esse cor- XXII.
pus Christi: is uero panis in multis locis est,
ergo & corpus Christi.

Cócedo, panem Eucharisticum esse cor-
pus Christi, sed sacramentali & impropria
locutione, quatenus nimirū panis est signū
& sigillū corporis Christi pro nobis traditi
in remissionem peccatorum. Atq; ita pa-
nis est corpus Christi sacramentale. Quip-
pe panem hunc Christus non locum, sed sa-
cramentum & mysterium sui corporis con-
stituit. Et uide quām inepta sit hæc colle-
ctio. Panis est sacramentale corpus Christi.
Ergo nativū corpus Christi est in pane, ac
proinde multis simul in locis. Quasi uero
Christus in prima Cœna docere uoluisset
suos fideles, Corpus suum deinceps in pa-
ne Eucharistico locum esse habiturum.

Potes' ne testimonij etiam piæ antiquitatis probare, XXIII.
Distinctas esse tum naturas tum earum pro-
prietates in Christo?

Perquam sanè facile. Audi igitur breui-
ter, quid hac de re Patres Orthodoxi scri-
ptum reliquerint.

Ignatius discipulus Ioháni Euangeliſtę
in Epistola ad Polycarpū. Expecta Christū
Filiū Dei in tempore, qui omni tēpore ca-
ret: palpabilē, omnemq; cōtactum refugiē-

P tem,

228 DE HYPOSTATICA UNIONE
tem, utpote incorporeum, propter nos
uerò in corpore tangibile & palpabile: om-
nibus passionib. carente, propter nos uero
passionib. obnoxium factū ut hominem,
quas omnib. modis propter nos tolerauit.

Tertullianus in libro de S. Trinitate: Si
homo tantummodo Christus, quomodo ad-
est ubiq; inuocatus? cū hęc hominis natura
non sit, sed Dei, ut omni loco adesse possit.

Gregorius Nazianzenus in Epistola ad
Cledonium 1: Neq; enim hominē à deitate
separamus, sed unum eundemq; profitemur,
priùs quidē nō hominē, sed Deum & Filiū
unigenitum, & seculis omnib. antiquiore,
à corpore rebusq; corporeis purū ac libe-
rum. Postremo autē etiam hominē salutis
nostrę causa assumptū, carne passibilē, dei-
tate impassibilē, corpore circumscriptum,
Spiritu incircumscriptū terrenū eundem &
cœlestē, spectabilē & intelligibilē, loco cō-
prehensibilē & incōprehensibilē, ut p eun-
dē hominē totū simul ac Deū, totus homo
in peccatū lapsus refingat atq; instauretur.

Ieronymus in expositione fidei ad Dam-
zum: Illorū blasphemia execramur qui no-
uo sensu afferere conātur, à tempore suscep-
carnis omnia quæ erāt deitatis, in hominē
demigrasse: & rursum quę erant humanita-
tis

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 229
tis in Deum est transfusa. Ut quod nulla
unquā hæresis dicere ausa est, videatur hac
confusione utraq; exinanitatem substantiæ di-
unitatis scilicet & humanitatis.

Athanasius in Symbolo: Aequalis Patri
secundū deitatē minor Patre, secundū hu-
manitatē. Qui licet Deus sit & homo, non
duo tamē, sed unus est Christus. Vnus autē
nō conuersione deitatis in carnē, sed assum-
ptione humanitatis in Deū. Vnus omni nō
non cōfusione substatię, sed unitate psonę.

Idē in disputatione cōtra Arium: Eius eit
ire & uenire qui aliquibus locorū terminis
circūscribitur, & eum in quo erat deserens
locū, ad eū in quo nō erat, ueniebat. Cæte-
rū Verbi deitas uniuersa implens, nullis
locorum terminis separatur, sicuti nihil est
vnde discedat: ita nihil est quò ueniat.

Gregorius Nyssenus: Quis hoc dicit, qđ
circumscriptione carnis, quasi quodā uase
& re eptaculo natura infinita contineatur.

Seuerianus: Christus erat Cœlestis & ter-
renus, uisibilis & inuisibilis: Cœlestis secū-
dum deitatis naturā: uisibilis secundū car-
nem: terrenus secundū humanitatis natu-
ram: inuisibilis secundum Spiritum. In lo-
co uerans secundum corpus, extra locum
positus secundum Verbum.

Augustinus contra Iudæos lib. 13. cap. 17.
Dei Filium secundum substantiam diuinitatis suæ, inuisibilem, incorporeū, immortalem & incircumscrip̄tū nōs credere & confiteri oportet. Iuxta humanitatem uero, uisibilem, corporeū, localem atque omnia membra humana ueraciter habentem, credere conuenit & confiteri.

Idem Epist. 57. ad Dardanum: Christus secundum formam humanam, non est putandus ubiq; diffusus. Cauendum est enim ne ita diuinitatē astruamus hominis ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens ut quod in Deo est, ita sit ubiq;, ut Deus.

Theodoreti in 2. Dialogo: Vnum Filiū Dei agnosco & adoro Dominum nostrum Iesum Christum. Deitatis uero & humanitatis differentiam esse didici. Duas in ipso naturas considerare & utriq; conuenientia tribuere oportet.

Vigilius libr. 4. Vnus Dei Filius idemq; hominis factus Filius, circumscribitur loco per naturam carnis suæ, & loco non capitur per natutam deitatis suæ, Hæc est fidēs catholica, quam Apostoli tradiderunt, Martyres roborarunt, & fideles nunc usq; custodiunt.

Si humanitas Christi non est exæquata deitati: XXIII.

Christus non uidetur esse superior san-

ctis Angelis & electis Dei?

Istud uero nequitam consequitur. Duo enim sunt Christi ornameta, quae ipsum, etiam qua homo est, longe supra omnes Angelos & electos Dei collocant. Primum enim humana in Christo natura propter ineffabilem copulationem, qua hypostaticè unita est: deinde propter admirandam exaltationem logicè supra omnes creaturas ad ineffabilem gloriam & dignitatem exacta est, ut uidere licet Heb. 1.5. 13. Apoc. 5.12.13. Haec tamen ineffabilis gloria, neque ipsam essentiam humanitatis, neque proprietates ipsius esse aboleuit. Proinde in fœdo errore sunt, qui uel propter unionem, uel propter exaltationem illam docent, corpus Christi perinde ut deitatem ipsius, ubique esse, uel saltem multis simul in locis. Etenim si corpus Christi est ubique, est etiam infinitum: & si est infinitum, est ipsa deitas: quod si est deitas iam certè non est corpus. Si autem multis simul in locis est, fieri non potest, quin tot simul sint corpora, quot sunt loca. Quod totum tale est, ut absurdius eo nihil esse possit.

XXV.

Statuis ergo tu aliud atq; aliud
in Christo?

Certè utiq;. Et si enim una tātūm est persona Christi ex dūabus naturis constans post unionem: tamen quia & naturæ ipse & harum proprietates saluæ permanent & incōfusæ, recte dicitur & creditur, aliud esse deitatem, & aliud humanitatē. Sic enim diuersissimas duas naturas discerni ac distinguī necesse est: cūm impossibile sit, ut uel deitas in humanitatem, uel humanitas in deitatem reapse conuertatur.

XXVI.

Si si est, rōnne igitur aliis atque
alius est Christus?

Nequaquā. Nec enim aliis est Dei Filius & aliis Mariæ. Quia unica dūtaxat est persona Christi, ut suprà declaratum est.

XXVII.

Atqui in sancta Trinitate aliis atque aliis est?

R. Etè sanè. Alius est enim Pater, alius Filius, aliis Spiritus S. Quia hac locutione Matt. 2. 16. tres distinctæ personæ significantur, quæ Ioh. 14. 16. suis personalibus proprietatibus discernuntur.

XXVIII.

Quid uocas personales proprietates?

Patris proprietas est esse genitorē. Filij esse genitum. Spiritus sancti, procedere sive emanare ab utroq;

Est

Est ne uero in sancta etiam Trinitate aliud atq; aliud? XXIX.

Non est. Aliud enim significat aliam rem
sive aliam essentiam aliamue naturam. At
enim uero Patris, Filij & Spiritus Sancti
una eademq; est natura sive essentia, Spir-
itus uidelicet aeternus & simplicissimus, cu-
ius essentiales proprietates, utpote aeter-
nitas, infinitas, immortalitas, omnipoten-
tia, omniscientia & ceterae, comunes sunt
omnibus tribus personis.

Hec quidem ita esse intelligo: at uero nonne infinita- XXX,

tem ac proinde ubiquitatem humanae sue naturae

uendicat Christus, cum inquit: Nullus ascen-

dit in Cœlum nisi qui descendit è Cœ-

lo, Filius hominis qui est

in Cœlo!

Minime gentium. Hoc enim & similia sa-
crae Scripturæ de Christo dicta intelligen-
da & explicanda sunt secundum doctrinam
communicationis idiomatum.

Quid est communicatio idiomatum?

XXXI.

Quod Græci *κοινωνίαν idiomatum* dicunt, id
Latinè communicatio proprietatum dici
potest. Est autem communicatio idiomati-
tū phrasis seu forma loquendi, in qua pro-
prietas unius naturæ tribuitur personæ in
concreto (nō in abstracto) idq; propter hy-
postaticam duarum naturatum unionem.

XXXII.

*Quid hic uocas concretum &
abstractum?*

Cōcretum hīc dicitur nōmē totius pēsonāe ab alterutra natura deductū. Verbi causa: Deus, Dominus gloriæ, Filius Dei, sunt nomina quæ totam Christi personam deitate & humanitate constante designāt, quamuis hæc nomina à sola deitate deducta sint. Sic quoq; Filius hominis, Filius uirginis, Christus homo, sunt nomina quæ totam personam duabus naturis constantem designant, quantumuis hæc nomina ab humanitate tantūm deducta sint. Abstractum uero significat nomen, naturā absolute designans, ut deitas, humanitas: item, diuina natura, humana natura.

XXXIII.

Quid uero nominas proprietates naturæ?

Idipsum quod Dialectici quarto modo proprium cuiusq; naturæ dicunt. Exempli causa: Æternitas, infinitas, immortalitas, immutabilitas, omnipotentia, omniscientia, est proprietas solius deitatis. Sic hominis, quatenus homo, propriū est, loqui, flere, ridere: quatenus autē homo est animal, propriū eius est sentire, dormire, vigilare, esurire, sitire, fatigari, de loco in locū suop̄te impulsu moueri. Et quatens est homo corpus animatū, proprium eius est uegetari,

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 235
tari, nutriti, propagari. Quatenus uero homo est absolute corp⁹, propriū eius est esse quantū esse circūscriptū, esse in certo loco.

Quorsum ista tam enucleatē?

XXXIII.

Quoniam multū interest in psona Christi, non tantum naturas & proprietates eorum distinguere: sed etiam rectē ac uerē de mysterio unionis hypostaticæ tum loquunt credere.

Quomodo igitur de Christo loquendum est?

XXXV.

Ita ut ipsa ueritas requirit. Requirit autē hæc ut quæcunq; Christo secundū utrāq; naturam insunt, ea de ipso prædicentur.

Explīca hoc planius?

XXXVI.

Sic rem accipe. Quoniam Christus ex duabus naturis constat, peculiares de ipso locutiones existunt, quæ uero intellectu accipiendæ sunt.

Rectē igitur dicitur: Deus (δ_ος, Θ_εus) est hic homo, scilicet ex Virgine natus. Et rursum: Hic homo, ex Virgine scilicet natus, est Deus. Atq; ita concretum de concreto rectē hic prædicatur, sed hoc intellectu: Deus (δ_ος, Θ_εus) est homo, non in se, sed in assumpta humanitate. Et uicissim hic homo est Deus, non in se, sed in assumente & sustentante deitate τοῦ δ_οντος. Nisi enim ista sic intelligatur, statueretur naturarum & proprie-

P 5 prietatum

236 DE HYPOSTATICA VNIONE
prietas Eurychiana confusio: atq; ita Christus nec uerè Deus, nec uerè homo esset, sed aliud quiddam ac proinde ne Seruator quidem esset. Tantum nimirum interest reæ de Christo tum loqui tum credere.

Recte præterea dicitur: Deus ὁ θεός est conceptus, natus, passus, crucifixus, mortuus, sepultus, &c. non quidem in se: id est, non secundum deitatem, uerum in natura assumpta: id est, secundum humanitatem. Sic quoq; Hic homo, scilicet ex Virgine natus, est æternus, infinitus, immortalis, omnipotens, &c. nō quidē in se: id est, non secundū humanā naturam, sed in assumente natura: id est, secundū deitatē τοῦ θεοῦ. Et tales quidē propositiones ueræ sunt & pīæ creduntur. At uero falsæ sunt & impiæ hæ locutiones. Deitas est caro, deitas est humanitas, Deitas est homo: Deus est humanitas. Item humanitas est deitas, humanitas est Deus: Homo est deitas: item deitas est concepta, nata, passa, mortua: Item humanitas siue caro est æterna, finita, immortalis, omniscia, &c.

XXXVII. Edissere iam que locutiones intelligendæ & explicandæ sint secundum doctrinam communicationis idiomatum?
Eæ tantum propositiones siue enunciations

DVARVM NATVR IN CHRISTO 237
tiones in quibus denominatio personæ est
ab una natura: proprietas autem quæ toti
personæ tribuitur est alterius naturæ. Verbi
causa. Cum dicitur, Deus est passus, mar-
tuus, sepultus, &c. in hac propositione no-
m in personæ (quod est Deus) habet deno-
minationem à deitate: proprietas autem,
quæ de hoc subiecto Deus prædicatur, est
alterius naturæ, népe humanæ, cuius pro-
prium est pati, mori, sepeliri. Sic cum dici-
tur: Filius hominis est ante Abrahamum.
Hic nomen personæ, quod est, Filius homi-
nis, ab humanitate deductum est. Esse au-
tem ante Abrahamum proprietas est, non
humanæ Christi naturæ, quæ lögè post A-
brahamum esse cœpit, sed diuinæ ^{τοῦ θεοῦ} na-
turæ, per quam mundus factus est. Hoc mo-
do intelligenda sunt etiam hæc Scripturæ
dicta. Deus proprio sanguine acquisiuit
Ecclesiam. Dominus gloriæ à Iudæis cruci
fixus est. Filius hominis cum Nicodemo in
terris loquens descendit è Cœlo & est in Ioh. 3. 13.
Cœlo. Hæc & similia dicta uera sunt per
communicationem idiomatum.

Quod nam est fundamentum communica- XXXVIII.
tionis idiomatum?

Doctrinæ communicationis idiomatum
fundamentum est personalis siue hyposta-
tica

238 DE HYPOSTATICA VNIONE
tica duarum in Christo naturarū unio: quia
οὐός Deus, factus est caro: id est, homo in
unitate personæ, sic ut unus idemq; sit tum
Dei tum hominis Filius, ac proinde ueru-
tum Deus tum homo, ut etiam suprà decla-
ratum est.

XXXIX. *Dirige me norma aliqua, ut de tanto mysterio
rectè loqui, sentire & crede-
re queam?*

Normā, si cupis, hæc sanè esto. Proprie-
tas unius naturæ non prædicatur de altera
natura in Abstracto, sed in concreto tantū:
Vel, ut planiùs dicam: Proprietas unius na-
turæ non prædicatur de nomine Abstracto
alterius naturæ, sed tantū de nomine cō-
creto totam personam designante: Exem-
pli causa. Proprietas unius naturæ, huma-
næ uidelicet, est hęc, pati, mori, esurire, siti-
re: nō uero Abstractum alterius naturę,
diuinę uidelicet, est hoc, deitas: Concretū
autem hoc, Deūs. Proinde non rectè dici-
tur hoc modo, Deitas est passa, mortua, esu-
riuit, sitiuit, &c. Rectè autem isto, Deus (nē-
pe οὐός) est passus, mortuus, esuriuit, siti-
uit, non quidem in se, sed in natura assump-
pta. Sic quoq; non rectè dicitur, humanitas
est æterna, omnipotens, immortalis, infini-
ta. Rectè autem: hic homo (uidelicet ex Vir-
gine

DVARVM NATVR^a IN C^HRISTO. 239
gine natus) est æternus, omnipotens, im-
mortalis, infinitus, non quidē in se, (id est,
in humanitate) sed in assumente natura: ut
& hoc iam superius inculcatum est.

Recte autem dixerim: Christus secundum hu- XL.
manitatem suam est ubiq^{ue}.

Nequaquam. Illud enim perinde est ac si
dicas, Christus, qua homo est, ubique est:
Vel, Christus sua humanitate ubiq^{ue} est: Vel,
Christi humanitas est ubiq^{ue}; id quod est ab-
surdum, & peccat contra datam normam:
quia proprietas deitatis (esse ubiq^{ue}) prædi-
catur de nomine abstracto alterius nature:
id est, de humanitate. Quod si istud uerè di-
ceretur, uerè dicere tur etiam hoc, Christus
secundum deitatem suam est mortuus: Vel,
deitas Christi est mortua. Sed hoc est im-
possibile: Ergo & illud.

Non igitur omnes de Christo locutiones per com- XL I.
municationem idiomatum intelligen-
dæ & explicandæ sunt?

Non certè: sed eæ duntaxat, in quibus u-
nius naturæ proprietas prædicatur de no-
mine personæ ab altera natura deducto, ut
iam toties dictum est.

Quid ergo de cæteris locutionibus XL II.
statuendum est?

Primum cùm prædicatum est eiusdē na-
turæ,

240 DE HYPOSTATICA VNIONE
turæ, à qua est denominatio totius perso-
næ in subiecto, tūc locutio talis est propria,
nec opus est cā explicare ac declarare per
cōmunicationem idiomatum. Tales sunt
hæ propositiones: Filius hominis est pas-
sus, mortuus, crucifixus: Itē: Filius Dei est
æternus, immortalis, creator Cœli & terre.
In his enim & similibus propositionibus
tum prædicata tum subiecta ab eadem na-
tura dependunt. Verbi causa: Filius Dei, est
subiectum & nomen totius personæ à deit-
ate deductum. Sic etiam, esse æternum,
proprietas est ipsius Deitatis.

Secundò. Sic quoq; cùm dico: Christus
Deus est æternus, est omnipotēs, est crea-
tor rerum omniū. Item: Christus homo cre-
uit sapientiā, ætate, gratiā: locutiones ac
propositiones eiusmodi sunt usitatę & p-
rię, neq; necesse est eas per cōmunicatio-
nem idiomatū explicare. Cū enim dicitur,
Christus Deus: perinde est ac si dicatur,
Christus qua Deus est: uel, Christus secun-
dum deitatem est æternus: ac proinde, ac si
dicatur, Christi deitas est æterna. Sic quoq;
cùm dicitur, Christus homo, perinde est si
dicatur, Christus, qua homo est, uel, Chri-
stus secundū humanitatē, ac proinde Chri-
sti humanitas crevit sapiētiā, ætate, gratiā.
Tertiò.

Tertiò. Cùm dicimus: Verbum caro factum est: Deus factus est homo: Deus Verbum est homo: Hic homo Christus est Deus: uerae quidem sunt etiā hæ propositiones propter hypostaticam unionē, sed non necesse habent explicari, per communiationem idiomatum: tametsi æquè sint inuisitatae, unionem duarum naturarum designantes: In his enim proprietas unius naturæ de subiecto: sed natura de natura, in concreto tamen, præter omnem naturæ ordinē prædicatur. Nec ullum est in tota natura exemplum, quo ista locutio declarari possit. Etsi enim usitatum est dicere, Hominem esse uulpem, lupum, leonem: Moysen esse Deum Pharaonis: tamen eiusmodi locutiones figuratae sunt, & per Metaphoram explicantur: ut sit sensus: Homo est leo: id est, homo est similis leoni: Moyses est Deus: id est, similis Deo, uel, est loco Dei a. pud Pharaonem.

Quartò. Porro cùm dicitur: Christus est Seruator, Redemptor, Iustificator, Liberator, Mediator, &c. Huiusmodi propositiones ueræ sunt, non cōmunicatione idiomatum: sed & toti personæ, & utrique naturæ prædicata earum conueniunt: quia sunt nomina officij, quæ ad totam personam &

utramq;

242 DE HYPOSTATICA VNIONE
utramq; naturam referuntur: tametsi distin-
ctè quædam gessit Verbum Deus, quædam
distinctè caro Verbi, sed nec Verbum Deus
absq; carne, nec caro absq; Verbo Deo. At-
que hanc loquendi formulam ueteres no-
minarunt *τονοτοιγσιν*, quasi dicas communé
operationem utriusq; naturæ.

XL III. *Rectè ista: sed ipsa communicatio idiomatum
sive proprietatum realis' ne est, an
uerò secus habet?*

Opportunè queris. Proinde quid hoc rei
sit diligēter animaduerte. Communicatio
igitur proprietatum respectu personæ rea-
lis est. Proprietas enim unius naturæ, quæ
de nomine concreto, personam designan-
te prædicatur, reuera ipsi personæ inest. Et-
si enim ipsa persona ab altera natura deno-
minata est: non tamen excluditur altera na-
tura. Ergo cùm dicitur, Deus proprium san-
guinem fudit: id est, mortuus est pro Eccle-
sia: uera est propositio per communicatio-
nem proprietatum. Estq; hæc realis comu-
nicatio proprietatū ratione personæ. Quia
reuera hæc persona, nempe Deus *όντες* ha-
buit sanguinem, eumq; fudit pro Ecclesia:
non quidem qua Deus est, siquidem deitas
sanguine caret: Sed quatenus idem, qui
Deus

Deus dicitur, est etiam uerè homo sanguine præditus. Cæterū respectu naturarū, eiusmodi propositiones nequaquam reales sunt: id est, proprietas unius naturæ nequaquam uerè potest prædicari de abstracto nomine alterius naturæ. Etsi enim recte dicitur: Deus proprium sanguinem fudit pro Ecclesia: non recte tamen dicitur: Deitas proprium sanguinem fudit pro Ecclesia: Sive, quod idem est, Deitas mortua est pro Ecclesia. Deitas enim sanguine caret & immortalis est. Nam sicut deitas essentiales proprietates suas non communicauit cum humanitate, ut respectu naturarum possit dici realis facta communicatio proprietatum: ita neq; humanitas essentiales proprietates suas cum deitate cōmunicauit, ut deitas reapse posset dici habuisse & fudiisse sanguinē, ac proinde mortuam esse. Quod si realis communicatio proprietatum respectu ipsarum naturarum esse statueretur, sequeretur ipsas naturas confusas esse. Quod est impossibile. Quomodo enim æterna & infinita deitas conuerteretur in humanitatem tempore & loco circumscriptam? Et quomodo humanitas tempore & loco circumscripta conuerteretur in æternam & infinitam deitatē? Re-

244 DE HYPOSTATICA UNIONE
lis igitur communicatio proprietatum re-
spectu naturarum nulla omnino est. Vnde
constat erroris reos esse qui physicā & rea-
lē in ipsis naturis Christi proprietatum cō-
municationem comminiscuntur, tantū id-
ēd ut omnipræsentiam seu ubiquitatē car-
nis Christi, ac proinde oralē (ut loquuntur)
ipsius mandationem stabilire possint.
Quod quidem nihil aliud est, quā fœdissi-
mum errorem partim Eutychetis, partim
Capernaitarum ab inferis reuocare.

XLIII. Atqui rectè dicitur, *Totus Christus est ubiq; ergo*
& humanitas, ac proinde caro ipsius
ubique est?

Sic quidem loquuntur quidam ex Veteribus: *Totus Christus est ubiq;*: addunt autem, sed non totum Christi. Per hoc enim naturas distinguunt, per illud unitatem personę insinuant. *Totus ergo Christus est* passus, mortuus, sepultus: sed non totum Christi: quia deitas non est passa, mortua, sepulta. Sic totus quidem Christus est eter nus, omnipotens, omnipræsens siue ubiq;. Atq; sic prædicata omnium propositionū, quæ per communicationem idiomatum, de tota persona Christi ueræ sunt accurate ad naturas suas restringi oportet.

Quis

Quis modus & quæ ista est restrin-
gendi ratio?

XLV.

Proprietas unius naturæ, quæ de tota persona prædicatur, restringenda est ad eā naturam, à qua talis proprietas dependet, idque per certas loquendi formulas: Verbi causa. Hæc propositio, Deus est mortuus, sic restringitur: Hæc persona quæ est & Deus & homo mortua est secundum humanitatem, secundum carnem: Vel, mortua est humanitate, carne: Vel mortua est, qua homo, seu quatenus homo est: Vel, mortua est in assumpta humanitate siue carnē.

Potestne eiusmodi restrictionem testimonij A-

XLVI.

postolicis comprobare?

Possum. Constat enim Apostolos, qui Spiritu Dei locuti sunt, eiusmodi restrictionem primos usurpare. Quia enim proprietatem unius naturæ uno aliquo loco de tota Christi persona enunciant, eam alio in loco ad suam naturā restringunt. Tali sunt hæc.

Matthæi 22.42. Christus dicitur esse Filius Davidis. Hoc Act. 2.30. Et Rom. 1.3. restringitur sic: Christus est Filius Davidis secundum carnem: id est, secundum humanitatem.

Q. 2

11. Matth.

248 DE HYPOSTATICĀ VNIONĒ

11. Matth. 1. 1. Christus dicitur esse ex Patribus, Davide, Abrahamo & cæteris. Hoc Rom. 8. 5. sic restringitur: Christus est ex Patribus, quod ad carnem attinet, qui est supra omnes Deus laudandus in secula.

111. 2. Cor. 13. 5. dicitur: An non agnoscitis Iesum Christum in uobis esse. Hoc uero Rom. 8. 9. 10. 11. ad Spiritum deitatis Christi restringitur.

1111. 1. Corinth. 15. 3. Christus dicitur esse mortuus pro peccatis nostris. Hoc uero, 1. Pet. 3. 18. Et 1. Pet. 4. 1. ad carnem: id est, humanitatem Christi restringitur.

v. Ioh. 2. 19. Ioh. 10. 18. Christus dicitur semetipse reducem fecisse ex mortuis. Verū hoc Rom. 1. 4. 1. Pet. 3. 18. ad Spiritum deitatis ipsius restringitur.

v. 1. Christus est omnipotens, Matth. 28. 18. Heb. 1. 2. Hoc ad energian deitatis ipsius restringitur, Phil. 3. 21.

Ex his testimonijis Apostolicis satis euidenter perspicitur, proprietates unius naturæ, quæ toti personæ Christi rectè tribuuntur in concreto, restringendas esse ad suam naturam per abstractum.

Addit

*Adde his consensum orthodoxæ
antiquitatis?*

XLVII.

Gregorius Nazianzenus in 1. Epistol. ad Cledo. Nemo ascendit in Cœlum, nisi qui è Cœlo descendit: Hæc & similia dicta intelligenda sunt per communicationē idiomatum, propter duarum naturarum unionem: ut cùm dicimus: Christus habitat in cordibus nostris, uidelicet non secundum apparentem naturam, sed secundum inuisibilem: Quia sicut naturæ unitæ sunt, ita etiam attributa naturarum permutantur.

Theodoreetus in Asynchyto: Sic de Christo habenda est oratio, cùm de naturis loquimur, suum cuiq; tribuamus, & sciamus quædam esse deitatis, quædam humanitatis propria. Cùm autem de persona uerba facimus, communicanda sunt naturarum propria, & hæc atq; illa Seruatori Christo tribuenda sunt, & idem appellandus est & Deus & homo: & Filius Dei & Filius hominis: & Filius Dauidis, & Dominus Dauidis: Et semen Abrahæ, & conditor Abrahæ. Atq; idem de omnibus appellationibus dicimus putemus.

Idem in Dialogo 3. Communia personæ sunt naturarum propria. Idem enim est

Q 3 propter

248 DE HYPOSTATICA UNIONE
propter unionem & Filius hominis, & Filius
Dei, & aeternus, & temporalis, & Filius Da-
uidis, & Dominus Davidis. Et alia huius-
modi similiter.

Vigilius Martyr. lib. 2. contra Eutychianos. Secundum proprietatem naturae sola caro mortem sensit, sola caro sepulturæ officium habuit: secundum unionem autem personæ, Deus mortuus est & sepultus. Quia persona Verbi in carne est, quæ mortis dispendium sensit. Ergo secundum proprietatem naturæ caro mortua est non Verbum: Item secundum unionem personæ, & caro descendit de Cœlo, & Verbum est mortuum atque sepultum. Cum ergo dicimus, Dominum passum & mortuum, non expauescat Nestorius: quia secundum unionem personæ dicimus. Rursum cum dicimus, Dominum nec passum nec mortuum: quia est minò impensisibilis, non formidet Eutyches: quia secundum naturæ proprietatem dicimus.

Idem lib. 5. Impium & lacryiegum est, ea quæ sunt propria carnis Christi ad naturæ Verbi proprietatem referre. Et quæ sunt propria Verbi, proprietati naturæ carnis ascribere. Et impium est homini ea quæ sunt propria carnis per exceptionem proprietas

tatis alienare à Verbo, & quæ sunt propria
Verbi eadem exceptionis lege alienare à
carne: cùm sit eis utrumque in Christo com
mune, & Christus sit utrumque. Hęc isti Pa
tres de his, quæ pro p्रæsentí instituto suf
ficere possunt.

*His & ipse contentus sum: sed quomodo pro
bas Christum esse uerum & æter
num Deum?*

XLVIII.

Secutus ductum sacrę Scripturę, Christū
uerum & æternum Deum esse sic probo.

i. Quia est Deus fortis, Pater æternitatis,
Esaiæ 9.6.

ii. Quia est Ichoua, Jerem. 23.6.

iii. Quia quamuis ex Bethlehem prodie
rit, quo ad carnem: idem tamen egressum
suum habet ab initio à diebus æternitatis,
Mich. 5. 2.

iv. Quia est uerus Deus & uita æterna,
i. Ioh. 5. 20.

v. Quia est Deus laudandus in secula,
Rom. 9.5.

vi. Quia est magnus Deus, cuius illustris
aduentus expectatur, Tit. 2. 13.

vii. Quia sine contiouerbia magnū est p्रe
tatis mysterium quod Deus conspicuus fa
ctus est in carne, i. Tim. 3. 16.

Q 4

viii. Quia

viii. Quia Christus seipsum inculpatū obtulit Deo per Spiritum æternum. Hebr. 9. 14. Hoc autem de Spiritu deitatis τὸν πόνον, qui personali unione in humana natura, tanquam in templo, habitat, intelligēdum esse, liquet ex his locis, Ioh. 2. 19. 21. Ioh. 10. 18. 2. Cor. 5. 19. Coloss. 2. 9. 1. Tim. 3. 16. Phil. 2. 6. 7. Rom. 8. 11. Rom. 4. 1. Petri 3. 18. Hebr. 2. 14. 16. 17.

ix. Quia Christus est creator & conservator mundi ac rerum omnium, Iohan. 1. 3. 10. Heb. 1. 3. 10. Col. 1. 16.

x. Quia Christus æquè honorandus est ac Deus Pater, Ioh. 5. 23.

xi. Quia est proprius & unigenitus Dei Filius , ac proinde coessentialis & coæternalis Patri, Roman. 8. 3. 32. Ioh. 1. 14. 18.

xii. Quia Filius Dei neque initium di-
rum neq; finem uitæ habet, Heb. 7. 3.

xiii. Quia eadem per omnia operatur Fi-
lius, quæcunque operatur Deus Pater, ac
proinde eiusdem est cum Deo Patre poten-
tiæ, Ioh. 5. 17. 19.

xiv. Quia ipse Christus omnib. electis
Dei inde usque ab inicio Mundi confert
ueram ueri Dei notitiam, Iohan. 1. 18. Matt.
11. 27.

xv. Quia perinde uti Deus Pater bapti-
zat

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 251
zat Spiritu sancto, Ioh. 1.33. Iohan. 15.26. Ioh-
an. 16.15.

xvi. Quia in Christum perinde ut in De-
um Patrem credendum est, Ioh. 14.1.

xvii. Quia Christus perinde inuocan-
dus est ac Deus Pater, Iohan. 14.14.1. Co-
rinth. 1. 2.

xviii. Quia in nomen: id est, in agnitio-
nem & cultum ipsius Christi, perinde do-
cendi & baptizandi sunt omnes in Eccle-
siam recepti recipiendiue, sicuti in nomen
Patri & Spiritus sancti, Matth. 28.19.

Hæc tam manifesta sacræ Scripturæ te-
stimonia satis superq; demonstrant, Chri-
stum Filium Dei esse uerum & æternum
Deum, rerum omnium creatorem & con-
seruatorem.

Acquiesco in istis: at quomodo probas Christum sic XLIX.
esse uerè hominem, ut et anima rationa-
li et corpore humano
confitet?

Eadem sacra Scriptura, quæ dictante
Spiritu sancto confecta est, ac proinde de
ueritate eius dubitare nefas est, nos abun-
dè hac de re erudit. Quippe ipse Christus
subinde se appellat Filium hominis. Filius
autem hominis idiotismo Hebræo tantum

252 DE HYPOSTATICA UNIONE
dem significat quantum homo. De eodem
toties scribitur, quod sit Filius Davidis, Fi-
lius Abrahæ, Filius Mariæ. Speciatim au-
tem, quod ad animam rationalem attinet,
nōne dicitur creuisse sapientia? qua quia
nec corpus, nec deitas crescere potuit,
de anima istud intelligatur oportet. Tum
nōne ipse met Christus inquit potesta-
tem se habere ponendi animam suam &
recipiendi eam? Præterea cùm inquit: Pa-
ter, in manus tuas commendo Spiritum
meum, utique de anima istud accipi ne-
cessæ est: cùm de corpore & deitate ipsius
hoc intelligi absurdum sit. Adhæc, quid
est, quod ait: Tristis est anima mea usque
ad mortem? Denique, nisi ipsam ani-
mam rationalem Christus assumpisset: ne-
que uerus & perfectus homo fuisset: ne-
que integrum hominem liberasset à po-
testate inferorum, quod utrumque perab-
surdum est. Proinde tunc piter errabat A-
polinarius, qui Deitatem τοῦ πόνου uicem a-
nimæ rationalis in Christi corpore obti-
nuisset somniabat. Quod autem ad uerita-
tem humani corporis spectat, quid aliud
agitur in sacra Scriptura, cùm toties sit
mentio capit is, manuum, lateris, pedum
aliorumque uerè humani corporis mem-
brorum?

brorum? Atque ita unus idemque Christus Mediator & Seruator noster est uerum Deus æternus, tum homo ex uirgine in seculo natus.

Quid est Mediator?

L.

Est persona læsas & eas quæ lœserunt personas inter se reconcilians, idq; deprecando, satisfaciendo, & cauendo ne amplius fiat iniuria. Sic Christus est Mediator inter Deum contumacia hominis læsum, & inter genus humanum peccato iręque Dei obnoxium se interponens, & utrunque partem reconcilians.

Quare Mediatorem uerum Deum est

L.I.

se oportuit?

Eius rei hæ sunt causæ. Primò quia nulla finita creatura, neque Angelorum neque hominum ne dum aliarum rerum pro genere humano æquivalens λύτρον perfoluere potuit Deo (Deo inquam, non Diabolo: quia Deus erat offensus, non Diabolus) idq; ideo quia cùm Deus sic infinitus, infinita etiam ipsius ira, ac proinde ipsum quoq; peccati ratione offensi Dei infinitū esset, oportuit etiā Mediatorem infinitę naturae,

254 DE HYPOSTATICA VNIONE
tur, ac proinde Deum esse, ut omni ex parte
iustitiae Dei satisficeri posset.

111. Cūm genus hominum fuerit propria
possessio Filij Dei (Iohan. 10. 29. Iohan. 17.
2. 10. 24.) quam ipsi Pater dedit; neminem
magis decuit quærere amissam illam pos-
sessionem, quam ipsummet qui eam possis-
derat. Idcirco etiam ultrò per Spiritum
æternum se inculpatum obtulit Deo, Heb.
9. 14.

1111. Cūm solus Deus sit Seruator, vim
peccati, mortis, Diaboli & inferorum, pre-
ter solum Deum superare potuisset nemo,
Esaiae 43. 11. 25.

11111. Quia in domo Dei: id est, in corpo-
ribus electorum, habitare, luce & lætitia
cœlesti eos perfundere, nulla creatura, pre-
ter solum creatorem, potest, Hebr. 3. 3.⁶,
Roman. 8. 11.

LII. *Quare Mediatorem uerum hominem
esse oportuit?*

Causæ huius rei sunt. 1. Quia ordo iusti-
tiæ Dei hoc postulabat, cū homo peccau-
erit, ut homo uicissim pœnas lueret & legē
Dei impleret. 2. Cūm Mediator ex decre-
to Dei æternum Sacerdotium obire de-
buerit, oportuit eum habere quod offerret
sacri-

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 255
sacrificium pro expiatione peccatorum,
Hebr. 2. 14. 15. 17. Hebr. 4. 2. 3. 3. Ut electi
Deitalem haberent Pontificem, qui in om-
nibus tentatus (absque tamen labe pecca-
ti) posset affici sensu misericordiarum ipsorum,
Hebr. 2. 17. Hebr. 4. 15. 4. Ut tanto maiore
cum spe ac fiducia, per ipsum, utpote Fra-
trem nostrum, ad thronum gratiae accede-
re possemus, Hebr. 4. 16.

*Cur Mediatorem ex uirgine na-
sci oportuit?*

LIII.

1. Qui debuit esse semen mulieris, non
viri, Gen. 3. 15. 2. Quia secundum utranq;
naturam admirabilem ipsum esse decuit,
Esa. 9. 6. 3. Ut ueritas typo Melchisedeci
responderet, quippe reapse debuit esse, tu
sine Patre, quo ad humanitatem: tum sine
matre, quo ad deitatem, Psal. 110. Hebr. 7. 3.
4. Ut exclusa generatione naturali & assum-
pta carne per inumbrationem sancti Spi-
ritus purus & immunis à peccato esset. Ne-
mo enim eiusdem culpe reus Mediator es-
se potest, cùm ipse potius Mediatore indi-
geat. 5. Quia sic oportuit impleri
Prophetiam Esaïæ 7. 14.

Matt. 1. 23.

Quot

LIII.*Quot sunt officia Mediatoris?*

Tria potissimum. 1. Deprecari pro ea
parte quæ læsit. 2. Satisfacere parti læsi.
3. Cauere ne amplius fiat iniuria.

LV.*Quomodo Christus deprecatur pro
parte lædente?*

Id quidem abundè docet Iohann. 17. capitulo
sui Euangelij. Istam autem deprecationem
non solum tempore carnis assumptionis,
sed etiam antequam secula temporum in-
ciperent duci, factam esse uidetur Aposto-
lus innuere (Hebrei. 9. 14.) cùm inquit: Chri-
stum per Spiritum eternum seipsum obtu-
lisce inculpatum Deo. Huc etiam alludere
uidetur Apocalypsis, ubi scriptum est: Ag-
num illum maëstratum esse, à iactis mundi
fundamentis. (Apocal. 13. 8.) Quod eti de
uirute ac efficacia meriti Christi rectè in-
telligitur: tamen altius etiam quiddam per
id insinuari negari uix debet: modò si ci-
sta accipientur, ut analogiæ fidei nihil re-
pugnant.

LVI.*Quomodo autem Christus satisfecit
pro hominibus?*

Dupliciter sanè. Primum legem imple-
ndo pro ipsis: Secundò proferendo pœnam,
quam

quam ipsi in eternum meriti fuerant. Quæ
duo cum credimus nostra causa facta esse,
eaque fide nobis applicamus, sic sit ut iusti
coram Deo reputemur, non nostra sed Chris-
ti iustitia.

Quomodo uero cauet Christus ne am-
plius fiat iniuria?

LVII.

Id ipse quidem efficit baptizando Spir-
itu sancto, per quem clamamus: Abba Pa-
ter, atque ita cum fiducia ad thronum gra-
tiae accedimus. Præterea ductu Spiritus
sancti etiam atque id operam damus, ut uo-
luntatem Dei faciamus. Sicubi autem
deficimus, sicuti sanè permultum defici-
mus, id nobis non imputatur ad damna-
tionem, sed merito Christi tanquam um-
braculo quodam tegimur, nobisque e-
iusmodi defectus per & propter Filium
Mediatorem condonatur. In hac enim
uita subinde illud cum Paulo Apostolo Rom. 9.
fateri cogimur: non facio bonum quod
uolo, sed malum quod nolo, hoc fa-
cio. Vbi autem Filius Dei uoce sua om-
nes mortuos excitârit, tunc efficiet ip-
se, ut uita cœlesti induit, deposita om-
ni infirmitate carnis nostræ, deinceps
nunquam offendamus Deum. Viuemus
autem

autem uitam æternam cum Christo nos

Ioh. 14. 3. qui in ipsum credimus, non quidem in hi-

Ioh. 17. 24. sce terris, sed illic ubi nunc ipse est corpo-

Eph. 4. 10. rali sua præsentia, hoc est, supra omnes Cœ-

1. Pet. 3. 22. los, quo ipse nobis iam præiuit, atque ibi
in ineffabili gloria & maiestate sua ad dex-
tram Dei sedet, omnia sibi subiecta habes.

Aet. 3. 21. Vnde sanè non prius corporali præsentia
descendet, nisi in extremo die huius secu-
li, iudicaturus uniuersum genus hominum

Dan. 7. 13. mortuorum pariter ac uiuorum. Descen-

Apoc. 1. 7. det autem non ad terras usq; ipsas, sed ad

Mat. 24. 30. nubes duntaxat, ex illis iustissimi iudicij

Mat. 26. 64. sententiam dicturus. Tunc eleeti Dei in

1. Thess. 4. occursum Domino in aëra rapientur, atq;
17. ita cum ipso supra omnes istos aspertabi-
les Cœlos, emigrabunt in æternas illas, ip-

Ioh. 14. 3. sis à Filio Dei præparatas mansiones. Ibi

2. Cor. 2. 9. sunt ea bona, quæ oculus nondum uidit,
nec auris audiuit, nec in mentem hominis

uenerunt, quæ præparauit Deus ijs, qui ip-

sum diligunt. His bonis perfruentur sancti

Dei homines, qui uerum Christum, Dei Fi-

lium: uerum, inquam, & æternum Deum

eundemq; uerum hominem in unica per-

sona, unicum Seruatorem suum agnoscunt,

colunt, uenerantur: eumq; corporali ipsius

Coloss. 3. 1. præsentia non alibi nisi supra omnes Cœ-

los

Ios usque ad finem seculi esse statuunt. Qui Eph. 4. 10.
uerò ex deprauato sensu sacræ Scripturæ
Pseudochristos sibi consingunt, colunt, ue-
nerantur, eosdemque alijs obtrudunt, ii o-
mnes Pseudoprophetæ sunt, & nisi resipue-
rint, æternis illis bonis excludentur.

Quostu mibi Pseudoprophetas & Pseu-
dochristos narras?

LVIII.

Itáne nūquam legisti uel audisti, ista Ser-
uatoris nostri uerba? Tunc si quis uobis di- Mattib. 24.
xerit: Ecce hic Christus: aut, Ecce illic: aut, Marc. 13.
Ecce in deserto est: aut, Ecce in conclaui-
bus. Cauete ne egredimini, ne credite. Ec-
ce prædixi uobis omnia. Surgēt enim Pseu-
dochristi & Pseudoprophetæ, & edēt signa,
& miracula, ita ut seducant (si fieri possit)
etiam electos.

Obsecro, ista mibi pleniū & planiū
enucleare uelise

LIX.

Faciam libenter. Audi igitur. Pseudo-
prophetas sacra Scriptura nominat omnes
eos, qui in religione falsa pro ueris docent:
qui uerbum Dei sacris Codicibus compre-
hensum deprauant: qui opiniones sinceræ
fidei Christianæ repugnantes spargunt, tu-
entur, defendunt: qui deniq; miseris mor-
talibus

R

260 DE HYPOSTATICA UNIONE
talibus Pseudochristos in cæca cerebri sui
phantasia confititos, agnoscendos & colen-
dos proponunt.

LX. *Putas' ne tales Pseudoprophetas esse
in Mundo?*

Sunt profecto: & quidem longè pluri-
mi. Primum enim tota illa caterua, quæ à
Pseudodeo illo Romæ residente, Magno,
inquam, illo Antichristo dependet, atque
docendis mortalibus præfeta est, Pseudo-
prophetię rea est, ac Pseudochristos infini-
tos hominum generi agnoscendos, adorá-
dosq; insinuat atq; intrudit,

LXI. *Qui sic obsecros*

Nunquamne audisti qualia illi docent
de Pane Eucharistico? Docent enim à
multis iam seculis, idque Concilijs suis
decisum habent, Panem Eucharisticum,
facta consecratione, per Sacerdotem, ita
transsubstantiari, ut sub sola specie Pa-
nis tantum, & præter speciem Vini, sit ue-
ra caro Christi, & sanguis & anima & dei-
tas, & totus Christus, ac idem corpus ab-
solutè, & sub una qualibet earum specie-
rum singulariter: uti est in Bulla condem-
natoria Papæ Martini Quinti, in Conci-
lio

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 261
lio Constantiensi, anno Domini 1418. de-
terminatum. Ex quibus uerbis satis su-
perque opinor, intelligis tot hic Pseudo-
christos configi & stabiliri, quot un-
quam fuerunt, sunt & erunt Panis Eu-
charistici frustula, quæ illi hostias nomi-
nare consueuerunt. Vide autem stu-
porem istorum hominum longè maximum.
Credunt enim ipsi, & alijs quoque per-
suadere conantur, Quodlibet frustulum
panis Eucharistici reapse transmutari, &
(ut ipsi loquuntur) transsubstantiari in ue-
rum corpus sanguinem, animam & Deita-
tem Christi: ideoque hostias illas suas ad-
orandas misero uulgo ostentant: Vulgus
autem frustulum Panis pro Deo adorat ac
ueneratur: quæ certè ingens & horrenda
est idolatria: quis enim, obsecro, sana-
mente præditus, credat ex panis frustulo,
per consecrationem, hoc est, per aliquot
uerborum pronunciationem, ullo mo-
do fieri posse, non tantum corpus & ani-
mam uerè humanam, sed etiam ipsam dei-
tatem? quis item credat, ex tam paruula
creatura, sola uerborum quorundam pro-
nunciatione facta, statim fieri creatorem
infinitum & æternum? An non sic mu-
tabilis esset Deus? nonne sic honor soli

R 2 Deo

Deo debitus creature daretur: quibus certe repugnat illa: Ego Deus, & non mutor.

Esaiae 42. Item, gloriam meam alteri non dabo. Atque sic uides Romanistas infinitos miseris mortalib. confinxisse Pseu dochristos quo illi partim in desertis ostentant, partim in urbibus, oppidis, pagis, arcibus passim circa cumferunt ac reponunt, partim ciborijs, monstrantijs, cauernis murorum, alijsq; per neutralibus includunt, partim deniq; carna li gulæ deglutiendos præbent.

LXII. Est profectò ita ut dicas: sed nōnne præter hos etiam alij sunt Pseudoprophetæ?

Sunt certè permulti adhuc, qui partim uera & æterna deitate, partim uera humilitate carente Christum in ebria sua phantasia sibi configunt: Quanquam etiam ille transsubstantiatus Romanensium Christus tum deitatis tu humanitatis expers est. Si quidem panis duntaxat frustulū est & permanet, etiam si millies more ipsorum consecratur: id quod & oculi & lingua testantur. Quod frustulum cum pro Deo habetur & colatur, purum putum idolum id esse quis neget?

Effec-

Affection: at qui sunt qui Christum æterna deitate carentem sibi configuntur LXXXI.

Isti sunt Seruegani (qui uulgò Ariani dicuntur) sic dicti à Serueto Michaële homine Hispano eoq; nequissimo, ut qui & animalium mortalitatē asseruerit, & Moysen ridiculum impostorem fuisse scripserit. Christum autem non Deum hominem, sed divinissimum tantū hominem supra omnes homines donis diuinis à Deo exornatum, & redemptorem constitutum esse docuit. Quam opinionem falsam & blasphemam esse, ex ijs, quæ suprà de Christo Mediato-re ex sacris Scripturis acculimus, manifestum euadit.

Qui sunt autem qui Christum uera tum deitate
tum humanitate carentem sibi com-
miniscuntur? LXXXII.

Illi ipsi, qui Ubiquitarij nominantur. Hi enim nobis horrenda opinionum monstrade Christo pepererunt. Docent namque in Christo duplēcēm esse deitatem, unam æternam, qua ὁ θεός ab æterno extitit, & hanc communicantem nominant: alteram autem temporalem, quam communicatam, & in Filium Mariæ quasi transfusam ab æterna τοῦ θεοῦ deitate affirmant. Et de hac co-

R 3 municata

Phil. 2, 6. municata deitate intelligunt loca Pauli,
 ubi scribit Christum in forma Dei esse, &
 Coloss. 2, 9. in eo corporaliter habitare deitatem. Quia
 absurditate nihil est absurdius. Si enim æ-
 terna deitas aliam deitatem rei creatæ &
 finitæ communicaret, sequeretur eam esse
 tum mutabilem, tum partibilem, quod cer-
 té est falsissimum. Deinde ijdem Vbiqüitarij
 disertè docent, etiā humanitatē in Christo
 esse duplē: Vnam circumscriptam & lo-
 calem; alteram uero exæquatam deitati
 illi communicatæ, quam æquè infinitam
 esse atque communicantem tradunt, & ita
 ipsam humanitatem coinfinitam esse com-
 municatæ deitati somniant. Atque haec est
 ipsorum ubiuitas, siue omnipræsentia,
 quam maiestatem Christi esse contendunt.
 Porro coniunctionem istius communica-
 tæ deitatis & coinfinitæ humanitatis (quo-
 rum neutrum reapse nusquam est) unionē
 hypostaticam Vbiqüitarij nominant. Et sic
 in stultissimo cerebro suo Pseudochristum
 sibi configunt & temporali & communi-
 cata deitate atque coinfinita humanitate
 constantem, qualis certè in rerum natura
 nusquam est.

Cæterūm istius Vbiqüitarij Pseudochri-
 sti corpus (quod tamen est non corpus) di-
 cunt

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 285
tunt se in sacra Cœna manducare. O' hor-
ribilissima opinionum monstra. Horribi-
lier certè hæresis ab orbe condito uix un-
quam extitit. Quis autem non uidet etiam
istos homines idololatras esse? siquidē me-
rum cerebri sui figmentū cultu diuino pro-
sequuntur. Hæc uerò portenta peperit de-
lirus ille Senex Iohannes Brentius, fœda
lacuna ubiquitatis à seculis nunquam au-
ditæ. Idq; uidere est cùm in alijs ipsius li-
bris, tum potissimum in Recognitione &
eo quem de Maiestate Christi conscripsit.

Quod ne ipsi affinxisse uideamur , age Pag. 91. in
quarto.
uerba ipsius referamus. Sic igitur ille in Ma-
iestate sua. Voco autem in præsentia, sicut
& suis locis suprà, diuinitatem Christi, non
eam, quam Filius Dei in se ab æterno ha-
buit, sed quam tempore incarnationis Fi-
lio hominis communicauit, seu, ut Augu-
stini uerbo utar, participauit. Alia enim est
diuinitas cōmunicans seu participans: alia
cōmunicata seu participata: sicut aliis est
donator, aliud donum ipsum. Hæc eadē in
Recognitione ipsius leguntur. Atq; ita du-
plicem esse deitatem Filij Dei statuit. Sic Pag. 273 in
quarto.
quoq; duplice sibi confignit humanitatem
Christi, ex dicto quodā Augustini perperā
intellecto. Verba eius sunt. Duo tribuit (Au-Mai pag.
68.

R. 4 gustinus)

gustinus) Filio hominis: Filio, inquā hominis: alterū, carnis infirmitatē, qua se humiliavit & factus est obediens usq; ad mortē crucis, & secundum hanc infirmitatem fuit in terra, ambulauit, uisus est, concionatus, passus, mortuus. Nec sentiendum est quod secundum hanc infirmitatis formam fuerit

Caro ubiqui tunc in Cœlo aut impleuerit omnia. Alterum diuinitatem carni participatam, qua

caro eleuata est perfectè ad omnem deitatis plenitudinem, ut sicut Deus ipse est omnipotens & omnipræsens: ita & caro ad omnem deitatis plenitudinem perfectè eleuata, omnipotens esset & omnipræsens.

pag. 46. In Recognitione personalem unionem sic definit. Fit hic sermo de inhabitatione personali eius Deitatis, quæ per Filiū Ueniens τὸν ἄρτον Filio hominis communicatur: de hac ergo dicit Paulus: In eo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter. Hęc & plurima huius generis opinionum mōstra Vbiquitarijs accepta feruntur.

L XV. Nulli' ne præterea homines sunt qui sibi Pseudo-christum confingunt?

Sunt sanè adhuc quidam perinde Helleborō purgandi ac ipsi Vbiquitarij, aut etiam Romanistæ. Ethi enim & Brentianam illam

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 267
illam ubiquitatem, & Pontificiam transsubstantiationem, refugere & reformidare uidetur: tamen nihilo meliores in sua phantasia conceptas fouent opiniones. Quippe tum scribunt tum uociferantur audacter, Christum corporali sua præsentia non tantum in Cœlis, sed etiam in terris reuera esse: atque adeò docent, corpus Christi uerè humanum in quolibet frustulo panis Eucharistici reapse integrum esse, idque ab omnibus sacra Cœna uentibus, impijs patiter atq; pijs ore corporeo percipi & manducari. Hi perinde, uti Romanistæ, tot nobis Christos corporea forma præditos confingunt, quot unquam fuerunt, sunt & erunt frustula panis Cœnæ Dominicæ. At enim uero tales Christos corporali forma in pane Eucharistico latitantes Pseudochristos esse, eosq; qui talibus Christi diuinoscultus adhibent idolatriam exercere manifestum est. Quippe unus duntaxat est uerus Christus Seruator humani generis, uerus tum Deus tum homo in hypostatica unione. Hic uerus Christus, qua homo est, hoc est, corporali sua præsentia inde usque à tempore Ascensionis suæ, non nisi longè supra omnes Cœlos est & erit usq; ad tempora restitutionis omnium: Qua uero Deus,

268 DE HYPOSTATICA VNIONE
us, hoc est, Spirituali deitatis suæ præsen-
tia, non tantum totam rerum naturam re-
git & sustentat: sed etiam una cum Deo Pa-
tre & Spiritu sancto in omnium fidelium
corporibus tanquam in templo habitat, e-
osque uera ueri Dei notitia, fide, spe, di-
lectione ac lœtitia donat & exornat. Huic
uerò Christo Seruatori nostro unà cum Pa-
tre & sancto Spiritu, sit honor, laus, celebra-
tio, gratiarum actio & gloria per omnia se-
cula usq; in æternum, Amen.

BREVIS APOLOGIA MAT-
thiae Thoraconymi.

CVm maleuolorum & inuidorū meo-
rum iniquis calumnijs ad quosdam
disseminatum fit, Me honori & glo-
riæ æterni Filij Dei, Domini N. I. C. more
Seruetanorum impiè detrahere ac deroga-
re: necessarium esse iudicauit, hanc breuem
Apologiam ac defensionem mei calum-
niæ, maleuolentiæ ac iniudiæ illorum op-
ponere.

Thesis.

Dóminus N.I.C. æternus æterni Dei Fi-
lius, uerus Deus ac uerus homo, omnitum
interno tum externo honore ac ueneratio-
ne, ut potè timore, subiectione, dilectione,
in-

DVARVM NATVR. IN CHRISTO 269
inuocatione, fide, spe, corporis & mem-
brorum modesta compositione, incurua-
tione, genuum flexione, manuum subla-
tione, capit is apertione, & similibus ho-
noratijs gestibus, cum quo quis loco ac tem-
pore, tum illo potissimum, quando pub-
lici cœtus ad discendum uerbum & pera-
gendum cultum Dei confluunt, ab omni-
bus sanctè & religiosè honorandus & co-
lendus est.

I. *Argumentum.*

Verus & æternus Deus, omni tum inter-
no tum externo honore ac ueneratione re-
ligiosè & sancte colendus est.

Christus Iesus èternus Dei Filius est ne-
rus & æternus Deus, Iohan. 5. vers. 20. Hic
(Filius Dei Iesus Christus) est uerus Deus
& uita æterna, Roman. 9. vers. 5. Christus
est supra omnes Deus laudandus in secu-
la, Heb. 9. vers. 4. Christus per Spiritum æ-
ternum seipsum obtulit inculpatum Deo,
Ioh. 1. v. 1. Sermo ille (id est, Filius Dei) qui
ab initio (id est, ab æterno) fuit apud Deū,
erat Deus, Mich. 5. vers. 2. Egressus eius ab
initio à diebus æternitatis, Hebr. 7. v. 3. Fi-
lius Dei neque initium neque finem die-
rum habet.

Ergo

Ergo Christus Iesus Dei Filius omnium interno tum externo honore ac ueneratione sanctè & religiosè colèndus est.

II. Argumentum.

Creator & conseruator Mundi ac omnium rerum, omni tum interno tum externo honore ac ueneratione religiosè & sanctè colendas est.

Dominus N. I. C. est creator & conseruator Mundi ac rerum omnium, Iohann. 1. vers. 3. 10. Omnia per ipsum (id est, per Filium Dei) facta sunt, & absque eo factum est nihil, quod factum est. Item: Mundus per ipsum factus est, Hebrei 1. vers. 3. 10. Filius Dei sustinet omnia uerbo potentiae suæ. Ibidem de Filio dicitur: Tu initio Domine terram fundasti & opera manuum tuarum sunt cœli.

Ergo Dominus noster Iesus Christus tum interno tum externo quo quis honore ac ueneratione religiosè & sanctè colendus est.

III. Argumentum.

Qui perinde honorandus est, uti Deus Pater, & perinde uti Deo Patri omnis internus & externus honor ac ueneratio competit.

Domini-

Dominus N. I. C. eternus Dei Filius perinde honorandus est uti Deus Pater, Ioh. 5.v.23. Omnes honorent Filium prout honorant Patrem. Qui non honorat Filium non honorat Patrem.

Ergo Domino N. I. C. unico Mediato-ri & Seruatori nostro, perinde ut Patri, omnis internus & externus honor ac ueneratio competit.

III. *Argumentum,*

Iehouah Deus, Magnus Deus iudicatus uiuos & mortuos postremo die Mundi, Vnus Dominus, per quem omnia, & nos per ipsum; omni tum interno, tum externo honore ac ueneratione sancte & religiose colendus est.

Dominus N. I. C. est Iehouah Deus, est Magnus Deus iudicaturus postremo die mundi uiuos & mortuos, est unus Dominus, per quem omnia, & nos per ipsum, Ierem. 23. vers. 6. Ethoc est nomen eius, quo uocabunt eum, Iehouah iustus noster, Tit. 2. vers. 13. Temperanter & iuste, & piè uiuamus in præsenti seculo expectantes beatam illam spem & illustrem illum aduentum gloriæ Magni illius Dei ac Seruatoris nostri, nempe Iesu Christi, 1. Corinth. 8. v. 6.

Nobis

272 DE HYPOSTATICA VNIONE
Nobis unus est Dominus Iesus Christus
per quem omnia & nos per ipsum.

Ergo Dominus N. I. C. omni tum inter-
no, tu externo honore ac ueneratione san-
cte & religiosè colendus est.

V. Argumentum.

Qui est eiusdem cum Deo Patre essen-
tiæ, ei perindè ut Deo Patri omnis inter-
nus ac externus honor ac ueneratio de-
betur.

Dominus N. I. C. est eiusdem cum Deo
Patre essentiæ: quia est proprius & unige-
nitus Dei Filius, Roman. 8. vers. 32. Io-
han. i. v. 18.

Ergo Domino N. I. Christo perindè ut
Deo Patri omnis tum internus tum exter-
nus honor ac ueneratio debetur.

VI. Argumentum.

Qui eiusdem est cum Deo Patre poten-
tiæ, is perindè ut Pater omni interno & ex-
terno honore ac ueneratione sancte colen-
dus est.

Dominus N. I. C. est eiusdem cum Deo
Patre potentiæ, Iohan. 5. vers. 17. 19. Pater
meus usque adhuc operatur, & ego ope-
rator. Item: Quæcunque facit Pater, eadem
etiam

DVARVM NATVR. IN CHRISTO. 273
etiam Filius pariter facit.

Ergo Dominus N.I.C. perindè uti Pater
omni interno & externo honore ac uene-
ratione sanctè colendus est.

VII. Argumentum.

In cuiuscunque nomen perindè doce-
mur ac baptizamur, atque in nomen Dei
Patri & Dei Spiritus sancti: ei perindè ut
Deo Patri & Deo Spiritui sancto omnis
honor ac ueneratio, tum interna, tum ex-
terna religiosè & sanctè præstanda est.

In nōmē (id est, agnitionem & cultum)
Dei Filij, perindè ac Dei Patris & Dei Spi-
ritus sancti docemur & baptizamur, Mat-
thei 28. vers. 19. Docete omnes gentes, ba-
ptizantes eos in nōmen Patris, Filij & Spi-
ritus sancti.

Ergo Domino N.I.C. perindè ut Deo Pa-
tri & Deo Spiritui sancto, omnis internus
& externus honor ac ueneratio religiosè
& sanctè præstanda est.

In hunc modum hac de re, ego Mat-
thias Thoraconymus, haec tenus, per Dei
gratiam, credidi, docui & confessus sum:
In eundem modum nunc etiam constan-
ter credo, confiteor: ad eundem mo-
dum deinceps quoq; iuuante Deo, crede-
re,

274. DE HYPOSTATICA UNIONE
re, docere & confiteri paratus sum, etiam-
si pro tali fide & confessione ui-
ta mihi profundenda sit,


A M E N.

Scripta P A T A C H I N I,
28. die Octobris,
1585.

STRE-

S T R E N Æ
EXAMINATORIBVS
PROPOSITIONVM DE COE-
NA DOMINI A CASPARE PILCIO,
Pastore Ecclesiæ Sarosiensis dignissi-
mo editorum, missæ à Matthia
Thoraconymo, initio An-
ni Domini

1 5 8 6.



Panibus in sacris si præsto est corpore Christus:
Quām multos Christos esse necesse foret.
At multi non sunt Christi, uerū unius ipse est:
Ergo nec in sacris panibus ille latet.
Quippe supra cœlos omnes hinc corpore abiuit,
Quem reddet nobis ultimus ille dies.

S GENE-

и възложа
сѧ и отѧмъхъ
въз и възможъ
и възможъ
и възможъ
и възможъ

GENERO SO ET NOBL
LISSIMO DOMINO SE-
BASTIANO TEKELIO, &c.

GRATIAM ET PACEM
CHRISTI.



Vim intelligerem Examini-
natores Propositionum
de coena Domini à Ca-
spare Pilcio, uiro egregiè tum do-
cto tum pio editarū, multa absurda
contra articulos fidei Christianas
hæ incogitanter asserere: nō potui
mihi temperare, quin pauca ad ipsos
eadē de re scriberem: cū quod
ex animo cupiam illos errantes in
viā redire: tūm quod cōmilitonis,
in Christo mihi charissimi, opti-
mam causam in isto conflictu per-
inde mihi iuuādam esse censerem,
quemadmodum fortis & laudati
milites, qui sub eodē uexillo stipē-

S 2 dia

dia faciunt, facere cōsueuerunt, ut
impressionem hostium à suis com-
militonibus, sua quoque arma alacri-
ter uibrantes, depellere conentur.
Rem autem totam breuibus syllo-
gismis complector. Scribant alijs
longa uolumina, mihi neruosa bre-
uitas placet. Nihil longo labore
opus est, ubi paruo negotio res
confici potest. Et multas hostium
corias parua manu fundere glo-
riosum est. Tum uero pugni Dia-
lectic*i* pressius feriūt animos, quā
palmæ Rheticæ. Quid? quod
breuis & manifesta uis syllogismo-
rum saepe uel inuitos ueritati assen-
tiri cogit. Denique ut multi sint,
quos numerosa delectet oratio;
plures tamē esse putantur, qui bre-
ui & succincta gaudeant. Ac bre-
uitas quidē mea sic excusata esto.

Cætes

Ceterū strenas hasce meas ad Examinatores quidē illos missas, sub auspicio tamen nominis tui, Nobilissime & ornatissime Domine, Patronē obseruande, euulgandas esse censui: cūm quōd exploratum habeam, te nō solum totam hanc controuersiam probē intelligere: sed etiam omnia doctrinæ Christianæ capita præcipua præclarè tenere, ut qui subinde lectiōni sacræ Scripturæ uacare soleas: tum quōd qualemcunq; scriptum hoc meum, & gratum & usui tibi fore sperarem contra eos, qui frequenter istic tecum & cum alijs disputantes, corporalem Christi in terris præsentiam & manducatiōnem, rem licet per se absurdissimā, & ueritati uerbi diuini ex diametro repugnantem: prodigiosis tas-

S 3 men

men nihilominus absurditatibus,
& puerilibus paralogismis, peræ-
què ut isti Examinatores, tueri ac
defendere conantur.

Quòd meum hoc gratificandi
tibi studium, ut æqui boni facias,
reuerenter ac demissè rogo, teq;
cum tuis omnibus quām optimè
ualere ex animo opto.

*Cliens tibi dedi-
tiſſimus*

*Matthias Thoraco-
nymus.*

STRE-

STRENÆ

EXAMINATORIBVS
PROPOSITIONVM EVCHA-
RISTICARVM CASPARIS PIL-

*cij, Pastoris Ecclesiae Sarosensis dignissimi,
missæ à Matthia Thoraonymo,*

initio Anni Domini

1586.

STRENÆ I.



N toto illo Examine uestro,
quo ueras Casparis Pilcij de-
cœna Dominica Propositio-
nes falsitatis conuincere per-
peram conamini, ad unū hūc,
ō boni Examinatores, scopum contendi-
tis: ut uidelicet doceatis & obtineatis, Na-
tiuum Christi corpus ex uirgiñe Maria in
unionem hypostaticam assumptum, reue-
ra ore corporeo hominum in hisce terris
cum pane Eucharistico māducari à dignis
& indignis, pijs & impijs, fidelibus & infi-
delibus, quicunq; ipsam Eucharistiā perci-
piunt. Vestræ igitur sunt hę Propositiones.
1. Natiuum Christi corpus, uiuum utiq; &
glorificatū, ore corporeo, in, sub, cūm ue pa-
ne Eucharistico reapse manducatur. 2. Na-
tiuum Christi corpus, est in certo & uisibili

S 4 loco

loco h̄ic in terris, utpote in pane Eucharistiae in manu ministri, in ore adeoq; intra corpus cuiusq; sumentis panem Eucharisticum. 3. Natiuum Christi corpus actu ipso est multis simul in locis.

Strena II.

Omne corpus omnib. speciebus motus physici obnoxium est uerè physicū siue naturale corpus. Sunt autem species motus generatio, corruptio, accretio, diminutio, alteratio & motus localis. Corpus Christi partim fuit, partim adhuc est omnibus speciebus motus physici obnoxium. 1. generationi, quia cōceptum & natum est. 2. corruptioni, quia uulneratum & mortuum. 3. accretioni, quia creuit ex parua quātitate in maiorem. 4. diminutioni, quia sudans & fundens sanguinem attenuatum est. 5. alterationi, quia famem, sitim, fatigationē & similia sensit, atq; ex mortalitate ad immortalitatem glorificatum est. 6. motui locali, quia ex Bethlehem fugit in Ægyptū, inde rediit in Nazareth, hinc 12. annos natum uenit ierosolymam, 30. annos natum ad Iordanem ut baptizaretur: deniq; ex Ierosolymis in montem oliueti, inde in nubē, ex nube penetrando orbes cœlestes ascendit longè supra omnes cœlos, ibi q; manebit usq; ad tempora

EXAMINATOR PROPOS. EVCH. MISSÆ. 283
pora restitutionis omnium, atq; tunc uicif-
sim descendet usq; ad nubes, &c.

Ergo corpus Christi est uerè physicū siue
naturale corpus.

Item:

Omne corpus physicum est finitum.

Corpus Christi est physicum.

Ergo corpus Christi est finitum

Item:

Omne corpus finitum & unū numero,
unum etiam duntaxat actu ipso occupat lo-
cum ubi cunq; est. Corpus Christi est finitū
& unū numero corpus. Ergo corpus Chri-
sti unum duntaxat occupat locum ubi cun-
que est.

Strena III.

Omne corpus physicum actu ipso est tā-
tum in uno loco.

Corpus Christi non est tantūm in uno
loco actu ipso, ut uolunt Examinatores.

Ergo corpus Christi non est physicum:
Sed conclusum hoc impossibile: Ergo ne-
cessarium istud.

Omne corpus physicum, actu ipso est tā-
tum in uno loco. Corpus Christi est physi-
cum: Ergo corpus Christi actu ipso est tan-
tum in uno loco.

S 5 Item:

Item:

Omne corpus uerè humanum (quia physicum) actu ipso est tantum in uno loco. Corpus Christi non est tantum in uno loco, ut placet Examinatoribus. Ergo corpus Christi nō est uerè humanum. Sed rursum conclusum ἀδύνατον. Ergo ἀναγκῶν hoc.

Omne corpus uerè humanū (quia physicū) actu ipso est tantū in uno loco. Corpus Christi est uerè humanū corpus: Ergo corpus Christi actu ipso est tantū in uno loco.

Strena IIII.

Esse simul actu ipso in locis pluribus est tantum naturæ infinitæ. Corpus Christi unicum est simul actu ipso in locis pluribus, uti bonis illis Examinatoribus uidetur.

Ergo unicum Christi corpus est infinitū.

Sed falsum hoc: Ergo uerum istud.

Esse simul actu ipso in locis pluribus est tantum naturæ infinitæ.

Corpus Christi non est natura infinita.

Ergo corpus Christi non est simul actu ipso in locis pluribus.

Item:

Sola æterna Deitas est actu ipso in multis locis: Quia eadem est in omnibus, siquidem infinita est.

Corpus

Corpus Christi actu ipso est in multis locis, ut uobis Examinatoribus placet.

Ergo corpus Christi est æterna deitas, quod est impossibile.

Sola æterna deitas est actu ipso in multis locis. Corpus Christi nō est æterna deitas.

Ergo corpus Christi non est actu ipso in multis locis: quod est necessarium.

Strena V.

Omne corpus, quod ore corporeo reapsē comeditur est corruptibile.

Corpus Christi glorificatū reapsē ore corporeo comeditur, ut uolūt Examinatores.

Ergo corpus Christi glorificatum est corruptibile, ac proinde etiam mortale.

Quod est absurdissimum.

Si cōtra maiore excipere uelitis corpus Christi: ò boni Examinatores, respōdebit̄ uobis, de eo ipso esse disputationē, neq; licere in arte Logica idē per idem affirmare aut negare, atq; ita petere principium.

Ergo bonus dies. Ambulemus.

Omne corpus quod ore corporeo reapsē comedit̄ est corruptibile. Corpus Christi glorificatum non est corruptibile. Ergo corpus Christi glorificatū reapsē ore corporeo nō comeditur. Quod est uerissimū.

Stren-

Strena VI.

Nullum corpus glorificatum & uitam æternam in cœlis uiuens ore corporeo in terris manducatur. Corpus Christi ore corporeo in terris manducatur, ut somniant Examinatores. Ergo corpus Christi nec est glorificatum nec uitam æternam uiuit in cœlis, id quod est impossibile.

Nullum corpus glorificatum & uitam æternam in cœlis uiuēs ore corporeo in terris manducatur.

Corpus Christi est corpus glorificatum & uitam æternam in cœlis uiuens.

Ergo corpus Christi ore corporeo in terris non manducatur, id quod est necessariū.

Strena VII.

Quicūq; comedit corpus Christi, habet uitam æternam, Ioh. 6. v. 54.

Omnis impij & infideles percipientes panem Eucharisticū edunt ipsum summet corpus Christi, ut docent Examinatores.

Ergo omnes impij & infideles percipientes panem Eucharisticum habent uitam æternam, quod falsum est.

Quicunque comedit corpus Christi, habet uitam æternam.

Nulli impij & infideles (quamdiu tales sunt)

EXAMINATOR. PROPOS. EVCH. MISSÆ. 287
sunt) habent uitam æternam.

Ergo nulli impij & infideles (quamdiu tales sunt) corpus Christi edunt, quod ue-
rum est.

Strena VIII.

Vbicunq; Christus est corporali sua præ-
sentia, illuc etiam inuocatio & adoratio
Christi dirigenda est.

At Christus corporali præsentia est in pa-
ne Eucharistico, in ore & intra corpus cu-
iusq; sumentis, ut dictitant Examinatores.

Ergo ad panem Eucharisticum, ad os &
ad corpus cuiusuis sumentis inuocatio &
adoratio Christi dirigenda est. Absurdū.

Vbicunq; Christus est corporali sua præ-
sentia, illuc etiam inuocatio & adoratio
Christi dirigenda est. Sed ad panem Eucha-
risticum, ad os & corpus sumentis inuoca-
tio & adoratio Christi dirigenda non est.

Ergo in pane Eucharistico, in ore aut in-
tra corpus sumentis corpus corporali præ-
sentia non est. Verum.

Strena IX.

Si natuum & iam glorificatum Christi
corpus integrum & omnib. humanis mem-
bris constans est in quolibet frustulo panis
Eucharistici, in quolibet ore & corpore su-
mentis

mentis panem illum : sequitur infinita esse glorificata integraque Christi corpora , ac proinde infinitos etiam Christos integrō humano corpore præditos . Sed profectō hoc totum consequens est falsissimum & blasphemum . Ergo & totum antecedens .

Si fortè hīc excipere uelitis , boni Examini natores , Huiusmodi collectiones esse ex humana & cæca ratione deductus , ideoq; contemnendas & execrandas potius esse , quām refellēdas : petò amanter à uobis , docete me diuina & acutissimè cernente ratione uestra , docete me uerbo Dei , ecquomodo illud consequens non necessariò ex antecedente suo deducatur , & herbam uobis porrigam .

Strena X.

Si natuū iamq; glorificatū corpus Christi in cœlo & in terra multis simul in locis aut ubiq; est tranquā unum : necesse est istius corporis partes post ascensionem tenuissimè diductas & exteras esse longè in maiori quantitatē , quā uisae sunt ex mōte oliveti in cœlum subleuari : & harum alias in cœlo duntaxat , alias inter cœlum & terram , alias uerò in terris esse : atq; ita non integrum corpus Christi à singulis , sed par-

tem

EXAMINATOR. PROPOS. EVCH. MISSÆ. 289
tem duntaxat percipi. Et per consequens
erunt etiam nostra glorificata corpora tātē
molis: Siquidem scriptum est, fore hæc cō- Phil. 3, 21.
formia glorificato corpori Christi. Atqui
omnia hæc consequentia sunt falsoissima.

Ergo etiam ipsum antecedens.

Strena XI.

Cibus merè spiritualis ore corporeo nō
percipitur. Corpus Christi natuū ore cor-
porē percipitur, ut Examinatores sapiūt.
Ergo Natiuum Christi corpus non est ci-
bus merè spiritualis. Atqui hoc conclusum
falsum est. Christus enim de carne & san-
guine suo loquēs agit, Verba sua Spiritum
& uitam esse, id est, se carnem & sanguinē
suū cibum & potum spiritualem sola fide
(hæc est os animę) percipiendū insinuauis-
se, Ioh. 6. v. 35. 63. Item docet Paulus, 1. Cor.
10. v. 3. 4. Proinde uerum erit hoc.

Cibus merè spiritualis ore corporeo nō
percipitur.

Corpus Christi est cibus merè spiritualis.
Ergo corpus Christi ore corporeo non
percipitur.

Strena XII.

Si fideles ante natum Christū fide tan-
tum, nos uero & fide & ore carneo cibū &
potum uitæ æternæ petcipimus: sequi-
tur

tur illius cibi & potus percipiendi & uitæ
ex eo consequendæ duplicem esse modū.
Atqui unus duntaxat est modus conse-
quendæ uitæ æternæ, Actor. 15. ii. Ergo u-
nus etiam modus manducandi & bibendi
cibum ac potum uitæ æternæ, nempe qui
fit fide in Spiritu non ore corporeo.

Strena XIII.

Iam nunc, boni Examinatores, mihi re-
spondete. Sufficit'ne ad salutem, cibum &
potum uitæ æternæ tantū spiritualiter per
fidem percipere, an non? Si non sufficit,
quomodo fideles ante natum Christum sal-
uati sunt? Si uero sufficit, quare uos pro ista
conficta, & ex Lacunis Magni illius Anti-
christi hausta, natiui corporis Christi reali-
in terris præsentia & manducatione, mo-
re Andabatarum, tanquam pro aris ac fo-
cis, tam incogitanter depugnatis? Tot in-
terim ineptitudines, tot absurditates, tot
falsitates dietim cumulando: miserum uul-
gus & ipsam iuuenturem scholasticam se-
ducendo: & eos, quos fraterna charitate
complecti debuistis, uiros non pessimos,
tradicendo, calumniando, conuiciando,
persequendo. An putatis impunè ista reli-
eturum esse Deum, nisi pœnam resipiscen-
tia anteuertatis?

Stre-

Strena XLI.

Forsitan hoc mihi respondebitis. Christus ipsa ueritas dixit: Hoc est corpus meū. Id uero dixit de pane ipso. Ergo ipse panis est corpus Christi. Ergo uero, sic istud esse, libenter concedo. Sed dico, Panē esse corpus Christi sacramentale: quia panis est sacramentum natiui corporis Christi: Nō dico autem, uti uos dicitatis, Panem ideo dici & esse corpus Christi, q̄ natuum ipsum corpus Christi reapse inuisibiliter in ipso pane localiter sit & lateat, atque ita uere sit in terris, & in Eucharistia ore corporeo percipiatur. Totum enim hoc est ἀπροσδιουσός.

Atq; hīc rursum respondete, si potestis: Discipuli Christi in prima cœna, præter corpus Christi sacramentale: id est, præter ipsum panē fractum, benedictū & distributū, comedērunt ne etiā ipsum natuū Christi corpus ore suo corporeo? Si dicetis comedisse, tum comedērunt aut uisibile tunc ipsis natuū Christi coro, aut aliud quodam inuisibile & insensibile in pane benedicto latitans corpus. At uisibile tunc natuū Christi corpus ore corporeo nō comedērunt: quia corpus illud in medio ipsorum mensæ accumbens fuit, panem & poculum benedictum distribuens. Sed neque

T illud

illud inuisibile & insensibile comederunt,
quia tale corpus est non corpus, neq; pro
nobis traditum, & talis in pane latitans
Christus est Pseudechristus, qui nec mor-
tuus, nec sepultus, nec resuscitatus est, nec
sedet in cœlis ad dextram Dei. Relinqui-
tur igitur, Discipulos in prima cœna tantrū
sacramentale corpus Christi : id est, sacra-
mentum corporis Christi, ipsum uidelicet
panem benedictum, ore corporeo mandu-
casle: ac proinde tali manducazione, secun-
dum eam, quæ fide fit, uos quoq; debere es-
se contentos, non fingere ea, quæ in rerum
natura, extra uestram ebriam phantasiam,
nusquam re ipsa existunt.

Strena XV.

Si fortè uos etiam ex me quæratis, Quis
sit uerus sensus huius propositionis: Panis
Eucharisticus est corpus Christi pro nobis
traditum: Respondeo: Hic est. Panis Eucha-
risticus est sacramentū corporis Christi p
nobis traditi: ac p inde, Panis Eucharisticus
est signum & sigillum corporis Christi pro
nobis traditi: sive, quod idem est, Panis iste
significat & ob signat nobis corpus Christi
pro nobis traditum: Sic de poculo. Panem
autem Eucharisticum esse Sacramentum
corporis Christi, negare nec potestis nec
debe-

EXAMINATOR. PROPOS. EVCH. MISSÆ. 293
debetis. Eudem autem esse signum ac si-
gillum, vos negare intelligo, quod perin-
de est, ac si detis, Rutam esse herbam: nege-
tis autem esse plantam: aut si detis, Animal
esse quidem corpus: negetis autem esse sub-
statiām qua ruditate, quid rudiūs esse pos-
sit, non video.

Panem igitur Eucharisticum esse signū
ac sigillum sic demonstro.

Omnē sacramētū diuinū est signum
& sigillū diuinū, Rom. 4.v.ii Panis Eucha-
risticus est sacramentū diuinū. Ergo panis
Eucharisticus est signū & sigillū diuinū.

Est autem panis iste sacramentū corporis
Christi pro nobis traditi: Ergo etiam signū
& sigillum corporis Christi pro nobis tra-
diti. Et signū quidē est: q̄a significat, nosq;̄
admonet ut recordemur, corpus Christi p̄
nobis esse traditū in remissionē peccato-
rū, iuxta illud: Hoc facite in mei recorda-
tionē: Itē istud Pauli: Quotiescūq; ederitis
panē hunc, & poculū hoc biberitis, mortē
Dominī annūciatis, usq; quo uenerit. Sigil-
lū uero est: quia cōfirmat & ob-signat nobis
hanc promissionē gratię Dei, Corpus uide
licet filij Dei esse p̄ nobis traditū ad mortē
in remissionē peccatorū & cibū uitae æter-
næ. Atq; ita, opinor, uidetis, Falsam esse opi-

T 2 nionem

294 STRENÆ MAT. THORAC.
nionem uestram, qua statuitis. Non panem ipsum esse signum & sigillū, sed ipsummet corpus inviſibile (si tamen hoc corpus esse potest) in pane illo latitans: qua sanè sententiâ, ne ipsa quidē absurditas absurdior esse potest: cùm omne signum & sigillū sit alterius nō sui ipsius signum & sigillū. Unde & illud consequitur, cùm negatis panem esse signum & sigillum corporis Christi, Panem in Eucharistia tantum esse panem. Et relationem eius nō esse ut signi ad signatū, sed ut loci ad locatū, quia dicitis: Corpus esse in pane. Et quia hoc corpus, licet præsentissimum sit (ut sic loquar) nimirum in manu, in ore, intra corpora fumentum: tamen nec cernitur nec tangitur: sequitur id non uerum, sed confictum esse corpus: si quidem omne uerum corpus prælens satis sensibus uel cerni uel tangi potest. Ac proinde confictum istud corpus, quod est non corpus, iuxta uestram opinionem est signum & sigillum natui corporis Christi in cœlo existentis: id quod est impossibile.

Strenæ X V I.

Nunc iterum, si potestis, mihi respôdete: Quā, quæſo, Logicā, Dialecticāue conficiatis hanc uestrā collectionē? Panis cœnæ Dominicæ est corpus Christi pro nobis traditum:

EXAMINATOR. PROPOS. EVCH. MISSÆ. 295
tum: Ergo ipsummet corpus Christi pro nobis traditum est reapse corporali præsencia in pane isto.

Ac ut uestram incogitantiam facilius agnoscatis, sic formo. Panis est signum ac sigillum corporis Christi, id quod iam demonstratum est: Vel, quod idem est, Iste panis est sacramētale corpus Christi: Vel, Iste panis nobis significat & ob-signat natiuum corpus Christi pro nobis traditū: Ergo natiuum Christi corpus reuera corporali sua præsentia est in isto pane Eucharistico.

Ecquid uidetis, Talem Dialeticam non esse ueritatis, sed peruersitatis. Peruertit enim uerba Christi tum situ, tum sensu diverso. Quippe ex subiecto facit prædicatum, & contrā: Et pro Panis, dicit in pane: Atq; ita panem, quem Christus sacramētū corporis sui constituit, uestra Dialetica locum esse confignit. Quasi uero Christus cœnâ illâ suâ locum corporis sui in omnib. frustulis Eucharisticis inuisibiliter occultati instituisse: cū potius in illa ipsa cœnaabitū & absentiā suam corporalē discipulis suis toties inculcārit, idq; his potissimum uerbis: Creditis in Deum, & in me credite. *Ioan. 14. 1.* In domo Patris mei (i. in cœlis) habitationes multæ sunt (scilicet non pro me tantū,

296 STRENÆ MAT. THORAC.

sed etiā pro uobis) si minus dixisse uos
bis. Proficiscor paratus uobis locum : Et
cūm profectus fuero, & parauero uobis lo-
cum, tuisum ueniā (nempe in ultimo die)

Ioh. 16. 5. & assumā nos ad meipsum, ut ubi sum ego
7. eū qui misit me: Et ueritatē dico uobis, ex-
pedit uobis ut ego abeam: nisi. n. abierto, cō-

Ioh. 14. 25. solator ille nō ueniet ad uos. Abeo & re-
deo ad uos. Si diligeretis me, gauderetis u-
tiq;, q̄ dixerim: Proficiscor ad Patrē. Hac
uerba Christi sunt plena consolationis. So-
nāt aut̄ de corporali à nobis migratione &

H. br. 4. 14. absentia Christi, q̄ humanitate sua penetrās

Eph. 4. 10. uniuersos orbes cœlorū lōgē supra omnes

Heb. 1. 3. cœlos ascendit: deitatis interim præsentia

Mat. 28. 15. omnia sustentans & gubernans in tota re-
rum natura. Nempe igitur gaudere debent
fideles, quod Christus corporali sua præ-
sentia abest: quia nunc ipsis parant locum
supra omnes cœlos, & postea redibit as-
sumpturus eos ad se.

Strenæ XVII.

Iā tandem aheneū, imò uerò adamantinū
ex uerbo Dei arte logica constructū oppo-
no murū, qui omnia omnium hominū ora-
carnalia à manducazione corporali corpo-
ris Christi pro nobis traditi excludit. Hunc
murum

EXAMINATOR PROPOS. EVCH. MISSÆ. 397
mūrū tantū abest ut à tribus quatuorū E-
xaminatorib. dirutum iri metuam : ut per-
suasissimū habeam , ipsas etiam inferorum
portas cū omni potestate sua aduersus eū
ne in eternū quidem præualituras esse: idq;
ad eo ut si contraria huic muro uel Angelus
e cœlo protulerit, eum pro anathemate à fi-
delibus habendum esse doceat Apostolus. Gal. 1.8.
Is proinde murus talis est.

Nullum corpus uerè finitū, uerè physicū,
uerè humanū, quod reuera penetrando cœ-
los, longè supra omnes cœlos ascēdit, idq;
sic ut ibi maneat usq; ad tempora restitutio-
nis omnium : id est, usq; ad extremū diem
iudicij : nullum inquam tale corpus actu i-
pso corporali sua præsentia est infra orbes
cœlestes in regione hac elementari: non u-
tiq; in aëre, non in aquis, non in terris, non
in cœplis, nō in pane, nō in manu, nō in ore,
nō deniq; intra corpus cuiusquā hominis.

Atqui natuum corpus Christi, quod pro
nobis in cruce pependit, est corpus uerè fi-
nitum, uerè physicum, uerè humanum, ue-
reque penetrando cœlos longè supra om-
nes cœlos ascendit, ut ibi maneat usque ad
tempora restitutiois omnium : id est, us-
que ad extremum diem iudicij illius ulti-
mi: idque sic, ut si nunc Christus corpore

suo in terris esset, ne sacerdos quidem es-
set, testante hoc Spiritu illo Veritatis, qui
Apostolos in omnem ueritatē duxit, Marc.
16.19. Luc.24.52. Acto.1.9.1. Pet.3.22. Hebr.
4.14. & 7.26. & 8.1.24.1. Timoth.3.16. Co-
loss.3.1. Philip.2.20. Ephes.4.10. Acto.3.21.
Hebr.8.4.

Ergo natuum Christi corpus, quod pro-
nobis in cruce pependit, actu ipso corpo-
rali sua præsentia, nusquam est infra orbes
cœlestes in hac regione elementari: non in
aëre, non in aquis, non in terris, non in tem-
plis, non in pane, non in manu, non in ore,
non deniq; intra corpus cuiusquam homi-
nis. Atq; hic ille est adamantinus murus,
per quem triumphabit ueritas.

EPISAGMA.

Quicunque homines docent, Christum
corporali sua præsentia h̄ic uel illic in ter-
ris, ante ultimum diem Mundi, reapse esse:
illi Pseudoprophetæ sunt, & Pseudochri-
stum mortalibus obtrudunt. Sic enim pre-
dixit Servator noster inquiens: Tunc si
Mat.24.23. quis uobis dixerit: Ecce h̄ic Christus, aut
Mar.13.21. ecce illic, aut ecce in conciuibus, caue-
ne credite, Ecce prædicti uobis omnia. Sur-
gent enim Pseudoprophetæ, &c. Isti ex-
animatores, & horum similes, docent, Chri-
stum

EXAMINATOR. PROPOS. EVCH. MISSA. 299
stum corporali sua præsentia reapse esse in
terris & in omnibus templorum conclaui-
bus, ubi cunque Eucharistia administratur,
adeoq; in omnibus frustulis panis Eucha-
ristici, in ore deniq; & intra corpus cuius-
uis sumentis. Similiter docent Romanistæ,
qui Christum corporali sua præsentia in pâ-
ne transsubstatiato, in cauernis murorum,
in ciborijs, in monstrantij suis conclusum
ostentant, & adorandum præbent. Vbi qui-
tarij autem omniū hominum stultissimi,
Christum corporali sua præsentia, scribūt
& uociferantur esse etiam in omnibus la-
pidibus, lignis, plantarum folijs, pyris, po-
mis, caseis, cantharis ceruisiarijs, panibus,
& id genus infinitis rebus. Sed enim uero
ex uerbis Christi Seruatoris nostri, supra
omnes coelos nunc corporali sua præsen-
tia gloriose regnantis, satis superque in-
telligimus, Non credendum esse talia do-
centibus. Omnes enim talia docētes Pseu-
doprophetæ sunt, & miseris mortalibus
Pseudochristum obtrudunt, atq; ita aliud
Euangelizant, quām sanctus Paulus cæte- Gal. 1. 8. 9.
riq; Apostoli Christi.

EPILOGVS.

Has ego strenas uobis Examinatorib.
non alio consilio mittere uolui, nisi studio

T 5 reuo-

300 STRENAE MAT. THORAC.
reuocandi uos ab errore in viam ueritatis.
Erratis enim erratis grauissimè, & falsum
pro uero tum ipsi hauritis, tū alijs ad per-
nitiem propinatis. Resipiscere igitur recipi-
scite, & simplicem uerbi Dei ueritatem to-
to pectore amplectimini, magis timendo
Deum quam homines, ut possitis cōsistere
coram tribunali Filij Dei, cum de cœlo cor-
porali sua præsentia ad nubes usq; omnib;
conspiciendus hominibus redibit, ac tan-
dem, dicta sententia Iudicij, rursus cum o-
mnibus electis suis supra omnes cœlos, u-
bi nunc ipsis locum præparat, reuertetur.
Tunc certè experiemini (sed uidete ne ma-
gno uestro malo) Christum corporali sua
præsentia non in omnibus folijs arborum,
non in Romanisticis ciborijs, non in tem-
plis lapideis, non in omnibus frustulis pa-
nis Eucharistici, non in oribus & corpo-
ribus hominum latitauisse: uerum gloriose
supra omnes cœlos, inde usq; ab Ascensio-
ni sue tempore, super omnia regnauis-
se. Ei sit laus & gloria in sempi-
terna secula. Amen.

PP 0'2

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΑΣ
ΤΗΣ ΠΑΝΤΟΥΣΙΑΣ ΤΟΥ
σῶματος Χεισοῦ.

Θ Εἰολόχει φίναντες βλακικῶν ἀργάζετε φευδᾶν·

Ψύδεια βαρολόχοις εαφέμενοι αἰσχρὸν ἔφεν.

Εἴπατε, ἄγιοι διώσαθε τοῖς ἀδειάσαξατούσιας

Σῶμαστοι Χεισοῦ Σωτῆρ Θ παντοχῆτειν,

Ἐν πνεί, εἰ πάντα, εἰ πάντα φύτοις,

Ἐρ πάλαι, ἀντὶ ἀδη, εἰ πάντα πάντα φύτοις,

Ἐν κόντρα, εἰ πάντα, εἰ πάντα λίθοις.

Πάντεσιν εἰ πάντα πόνοις, καὶ πάντεσιν ἀνίκανοις,

Πάντεσιν εἰ πάντα μάλαιοις πάντεσιν εἰ πάντα λάδοις,

Πάντεσιν εἰ πάντα, δρ Σωτῆρ ερανὸν ἔσθη,

Καὶ ἀλλα ἵμφοι πράζετε πάντα σατανᾶς.

Φίνειρες λεπτούσιοις πάντα τοῖς πόνοις τοῖς αδειάσασι;

Ἐν λάθε ψυμι πάλαι ἀλέρη, πάντα, δρανὸς, πάντα,

Δάμονες, ἀνθρώποι, ἀγγέλοι οὐδὲ Θεός.

Ἐν λάθε ψυμι πάλαι ἀνδροις θάνατος τεβί Θ τε,

Φᾶτε, σκότος Θ, ἵμαρη, εὐξε πάντα μήτει πόνοις,

Οἵτινες διακείνεται εὐχὴς ερανὸν ερανόν.

Βλέψατε, μή πως ἐμμοροι δοσι ευτός,

Οἱ Χεισόντοι φίρετε στοιχεῖον ερανόν,

Εἰν ἔποι αἰδηγετελέοι πολιτούσιας.

Οἱ Χεισόντοι πάντη φορματί φασιρειάνοις

Χεισός ἀλέρες Θ ἔφεν, σῶμα ἀσωματούσι.

Οὕποτε

302 STRENAE MAT. THORAC.

Οὐποτεῖ ἀρ τοῖ Θ λόσμῳ ἐν Χεισὲς ἐτέχθη,

Αυθόμενον δὲ ὅπω σῶμα τοιοῦτο ἔφυ.

Οὐτως ἔγμα Θεοῦ ἡμᾶς ἴδιμαξι, καὶ ἄτως

Ἄνθρασι πιεύειν ἵνα τεβίεσθαι πρέπει.

Ἐκ Σολύμωρ Σωτὴρ λορυφίων ἀνέβησεν ἐπαπῆ.

Ἐκ λορυφῆς πινῶν ἀντικεῖν εἰς τεφέλιο.

Ἐκ νιφέλης ἐπάνω πασῶν ἀνέβησεν οὐρανῷ.

Οὐρανίων, ὅπη μεξιός ἐστι ταῖρι.

Ἀντόθι σωματικῇ, ὥραζετε παρεστίχιστον.

Εἰσόκη ἀναθε ταῖρι πρινέμενον ἀνθραστική.

Καὶ ἔτως ἡξαώνες ὥρανδον αὐπιάς ταμβή,

Ἐμ νιφέλη δρατὸς παστικού ὑπερθεροῦσι.

(Καὶ τότε ὄψιθε, Χριστὸν ὅπι πάντοθι ὅπω

Σῶμα τοῖς, ὅπω μαρφθερόδοσσι βροτῶν.)

Ἐκ νιφέλης δὲ κάτω ἀνὰ αἴρα μακρὸν ἵεσης

Εἰς χθόνας ἡξατοῦσαν Χριστὸς ἀπεξίπαν Θ.

Οὐδὲ τι ἀστὸς πάρ Θ γάλωνταῦθα πατίσσει,

Εἰς πόλιψιν τὸν πόλιον ποσὶν λειθροῖσι μολῶμ.

Ἀπὸ τεινοθέσις λειπούσας πάντας ὥρανδον ἡνριῶ

Ἀμβύσσα μέρόποντας κορῳ ἵνα τεβίεια.

Ἀντόθι αἴδι Θ βίος ἔστησι, αντόθι χάρμα.

Νόσφι τέλειος ἔσται Χριστοφίλοισι βροτοῖς.

Οὐκ δημψυχολόγοις ἡμᾶς, οἵ τῶματι λαμπρῶ

Ἐμ χθονί πρὸ λειπούσας λειθροῖς Χριστὸν ἔμψι.

Οὐπέρ ὄμως ὅπω ἱπιθέξαι, ὃ γε μιάναθε,

Οὐτε μιάνασθε λειαξάμφοι πάρ αἱ.

Καὶ γάρ σωματικῶς ἀν νιῶ πάλε Χριστὸς ἐράσκ.

Οὐτε ἀν πάλει ρίνες ἔπλετο αἴδι Θ.

Νιῶ δὲ λειρὺς μεγάλα αἴδι Θ προπάροιθε Θεοῖς.

Οὐκ ἀραὶ πάλε γάλη σώματι Χριστὸς ἔψι.

Προσφορῆς

EXAMINATOR PROPOS. EVCH. MISSÆ. 303

Προσφορὴ ἐχὶ μιᾶς ἀγίας τελετῶσι σκαλῆρι;
 Τίπῃ δὲ ἡνὶ σῶματι λεπτῷ μηρῷ εμένει;
 Αγρεύεις ὑμετέρῳ δόπῳ Λυτρωτὰ πατίσαι
 Σθενατικῶς ταριχώς τελὺ χθόνα ποθίνεστε.
 Εκ νεφίλης φωτὶ λειποτατάντισθι λαλήσαι.
 Εἴτα σὺ ἐκπιλοῖς ἀρανδὸν ἔξει ἀπό.
 Λιτὰρ διστοῦντας σατανᾶς τὸν ἀπολέψαντὸν ἄπῃ
 Δύσμορα πασομόνυμον ἀλλαγα νόσφι τίλινε.
 Δικτότε θυμέτεροις σαφέως μιαθηέψεις ὅσθοις,
 Οὐ γάλικρίνθη τοῦ αἰδανού πόνος.

Ἄπ' ἄλλη ὑμετέρας σφίγγας τροφάς τοῖδι μηδε,
 Δυσπαλέας σφίγγας, δυσχερέας τοι εροφάς.
 Κράβῃς Παντοκράτωρ Χεισός. Διὸ σῶματι πάντα,
 Ήμιπόλωφ, οὐ γάλη ἔντειδιθα μυχοῖς.
 Εσι θράνθρωπος Σωτήρ, ἀλιτός τε ἔνυκτος
 Τῆς βενείας φύσεως ἀνθρομίτης τε πέλα.
 Κλαδισθῶντι δυρτῷ δύροις ἄστρην ἀνταμαθητῶν,
 Καὶ σφραγιδέψατο σύμματος ἱκετῆς δύμως.
 Καὶ ἐξιόφεν μεγάλῳ γνητερὶ ιαθίζει.
 Καὶ ταριχών πιστοῖς πάντοτε ἐπιτρέπει.
 Καὶ ἵπανθω πάντων ἀντίση, ἵνα πάντα πιπάνθε.
 Τοῦντα πεπικυθρῷ σῶματι πάντα ἔχει.
 Πάντα ιῶ Χριστὸς πεπληθύν σῶματι πάντα.
 Ύλα, Ύλα Χριστὸς πάντοθι σῶμα πέλε.
 Εἰς τέλος αὐτὸς ἔφη, ὅτι οὐκαθέλει σῶμα πόρη,
 Σῶμα ὑπὲρ θυητῶν παρθοθερεύεις θάνατον.
 Τοῦντα οὐκέπει Λυτρωτοῦ σῶμα ἔγγρηστο.
 Τοῦντα πάντας ἔφη οὐ καθοντεῖντει πόνον.

Tēvira

Τόνικα σωματίοις θυητοὶ σωμάτεσθιν ἐδύσιμ

Εἰν ἀγέι φέλπιν φ σῶμα θεοῖς παρόν.

Σῶμα θεοῖς φάγεσι λαποίτε λακοίτε ἄπαιτε·

Οὐνικα ἀφ ἀργοῖς πάντεσι σῶμα θεῖ.

Ναὶ μὰ θεὸν, λεράρῶς τάδε συπελογισμένα ἔστι

Σχέματι ἐν τέμπλῳ τετραδροῖς τετράποδοις.

Θευμάτια ὑμᾶς μεγάλοι θυμέτε κόπτε·

Θευμάτια τεχνῆς, θεοποσίωντες πῶμα.

Καὶ γὰρ ὑπέρτε λόγον, καὶ ὑπέρ μιαν κατίκατε

Σχέματα, καὶ λογικῶν ἐκπροέβητε τρόπωρ.

Αὐτὰρ ὅμως, πάτω, μεν ἀκότες παῦρα λέγοις Θ.

Ποιάνι παῦρα πέτησι περίστιμα ποτὰ λέγε.

Ἄρτος ὅγε λασθάς μιαθέτη ἐπαίσθο λανά·

Μῶρ ἄρα καὶ ἀντηὰς τόσα μάνθρι μολεῖ;

Ἄρτος ὅγε Χριστὸς πιστοῖς κοινωνίαις τέρ.

Μῶρ τι δὲ καὶ ταύτην μάρπιται ὁδοῦσιν ἀνύπ;

Ἐρ πρώτῳ φέλπιν φ Χριστὸς μίσθιος τοι μαθητῶρ.

Καὶ τότε μιρ μιθάς μάστι μάρψεν ἔη.

Πῶς γοινὸν ἡρακλεὺς μάλιστα σωμάτεσθι φάγει;

Σῶμα θεοῦ, δὲ τηνὸν ἐρανὸν φέπιν ἔλατ.

Σῶματος οὖς σωτήρ ἄρτον μυτίειορ ἔση.

Ἄλλον μῆτρα ἄρτος σῶματος τόπος.

Κράτερος ἄρτος, σῶμα Χριστοῦ δὲ τέστον ἄρτος·

Εἶσαν Χριστὸς ἔφη σῶμα με ἄρτον ἔνι.

Οὐχὶ μιαστροφέμην τοῦτ' ἔστιν ἕρμα θεοῖς;

Οὐχὶ εἰς μηδενα παίκρατοντι θεῷ;

Οὐκ ἴναγκίον τόδε· Παύλος Ἀποστόλος ἔστι.

Τόνικα τοιοῦτοι ἀνθεμάτεσι πλάνοι.

EXAMINATOR. PROPOS. EUCH. MISSÆ. 305

Ρύμασι Λύτρων ὅπλης πιεινομένη μέσης.

Καὶ ἄτον λέγομεν σῶμα θεοῖς ἐμέν.

Σῶμα περιμερόπων εἰσὶ φρεστά περιθεντά τεκτόν.

Εἰς τὸ ἄρτον βρεστέων παρθενεψημπλακισθ.

Συμβούλου σφραγίς τε τὸ περιμενεύοντα τετράποδον.

Ἄρτος γοῦν οὐκαθάτεχτος ἀμφότερος;

Ηποδότης ἀρασημένου σφραγίδος ἄρτος ἐμῆτο

Σῶματος ἵνα εἴναι τὸ σώμα σῶμα φάγει;

Μᾶρας εἰς τὸ βασιλεὺς διπλήματι σφραγίδα προσθεῖται;

Εἰς ωτὴν παρεὸν σφραγίδιον διώρον ἐθνεῖ;

Πίσιν μὲν παρεὸν καὶ περιτι ἀπόπροσι ἀπλωτόν.

Οὕτα καὶ Χριστοῦ πίσιν σῶμα παχόν.

Οὐποτελεῖσθαι πίσιν ἐν αὐτῷ ἐχειν.

Πίσιν μὲν μόνης ἔδομεν καὶ πίνομεν αὐτὸν.

Σάρκα θεοῦ εὐσφιν πίσιν Θεοτικόθα.

Οὐ τρόποντος πίσιν Χριστὸς μήνα αὐτῷ ἐκάνει

Σύμπαγῆς πίσιν αὐτὸν ἔδοσι τρόπῳ.

Αὐτὰς διὰ ταῦθεντος εἰς ἡμῖν πίσιντος.

Πίσιν τοιαῦτα πίσιν αὐτὸν ἔδοσι μόνη.

Τετρακαγάρη μηροῦ ἔδοσι τοιαῦτα πίσιν αὐτοῦ.

Εἶναι νί τοιαῦτα ταῦτα καὶ αὐτῷ εἰνι.

Αὐτὸν ὑμᾶς μετάλλευτοι πλάνοι οὐκέτισια τόμαχον.

Χριστοῦ σῶμα βροτῶν οὐκέτισια τόμαχον.

Δηλόγητο τοτετων, ὅτι αὐτοκατάπριτοι εἰσι.

Καὶ ὅτι ὑμεῖς τοιαῦτα πόρωντες ἀπόσκοποι εἰσι.

Νεθεσίας ἀγίωντες τοιαῦτα βροτῶν.

Σφραγίδων σῶμα Χριστοῦ λεπάζετε ἔδιδοτε.

Καὶ ἀρνάδετε ὅμως σῶμα τοιαῦτα τόμαχον.

Toῦτο

306 STRENÆ MAT. THORAC.
Τοῦτον ὅτις ἀνὴρ ἐπάκοος ἔπει φάγει·

Οὐδέτες γὰρ τρέφεται ἐν χθονὶ ὁδε φάγει.
Κάπφατε σῶματα ἔδιθι· οὐσαῖτις ἀπώφαγε ταῦτα.
Αυτία εἰ διωτῆσαι ἀμφω ἀλιθῆς ἐμψύχη.
Τὸντο γάληθά τιθεμένη τοῦτο τροποῦσον·
Σάρκα θεοῦ μάσαξ σαρκικὴ ὅτις ἔδει.

Τ Ε Λ Ο Σ.


Matthias ἐ Θαραλάννυμ^{Θ.}

DISCVS.

DISCUSSIONE SEPTEM
PARALOGISMORVM PRO
ASSEVERANDA ORALI IPSIVS MET
. nativitate corporis & sanguinis Chri-
sti perceptione conficto-
rum, &c.

AUCTORE
MATTHIA THORA CONYMO.

1 5 8 6.



I. IOH. 2. VERS. 21.
Nullum mendacium ex ueritate est, &c.

V MAT-

MELTHAM CLASS 42810
Sect 1. 2000 feet above sea level.
2 miles N.E. of Meltham.
Soil - Dark brown loam.
Cultivation - Crop rotation.

Soil - Light brown
Cultivation - Crop rotation

Soil - Light brown
Cultivation - Crop rotation

STATION 4

MATTHIAS THORACO-
NYMVS CASPARI PILCIO,
PASTORI ECCLESIAE SARO-
siensis dignissimo, fratri in
Christo dilecto,

GRATIAM ET PA-
CEM DEI.

 *TSI vulgus hominum dissensiōne & concertatione, quae veritatis causā initur, plerunque offenditur, atq; eiusmodi scripta ne lectione quidem aut auditione digna esse censem: tamen cūm necesse sit venire hæreses, ex hæresibus autem dissidia, ut 1. Cor. 11. manifesti fiant, qui probati sunt, nequam sinistro imperiti vulgi iudicio cedendum, certamenq; pro veritate semel suscep- ptum deferendum est.*

*V*erè enim quidam, quisquis ille fuit, de vulgo pronūcianit: διαγνωστικός εξουσίων κριτής, δικαιού. Vulgo autem annumerandi sunt omnes, qui nihil meilius, quam vulgus, sapere didicerunt: quantumuis suis ipsorum calculis longè supra vulgus se eminere decretum habent. Quod

V 2 igitur

igitur neque horum neque illorum vocula
& inanibus terriculamentis quidq; moue-
ris: quominus in defendendo negotio Euau-
gelice veritatis præclarè ad victoriam con-
tendas: in hoc constantiam & fortitudi-
nem animi tui tibi gratulor: teq; amanter
rogo & hortor, ut ita, sicut capisti, & per-
gis, deinceps etiam pro afferenda veritate
cœlesti, arma verbi diuini vibrare ne ces-
ses. Mihi quidem nihil dubium est, Mu-
tos fore, qui toto pectore Filio Dei gratias
acturi sint, quod tali tua opera extamden-
sis ignorantia & tenebris liberati sint. Quo-
rum causa nihil non faciendum esse, Chri-
stiana utique charitas suadet ac cogit. Fie-
ri enim non potest, quin animus vera fide
in Christum illustratus, multos ad agni-
tionem & eternæ veritatis adducere, erran-
tesque in viam reuocare cupiat atque con-
tendat. Id quod te quoque sincerè face-
re video, tum alijs scriptis tuis, tum illo,
quo septem argumentis, pro mirabili illa
Oralitate excoxitatis respondes. Etsi au-
tempie, recte & solerter omnia in Respon-
sione illate facere induco: tamen putauis

ego me opera precium aliquod facturum esse, si septem illos Paralogismos, in quibus, ut conjecturam facio, aduersarii tui, vel non stripotius, proram & puppim constituisse videntur, aliquanto exquisitius discutie-
dos assumerem. Quia in reprovirili mea
parte, sic ut puto, elaboravi, ut sperem ip-
sos etiam aduersarios agnituros & fas-
suros esse, Argumenta illa sua quibus
tantoperè confidunt, valde exanguia &
elumbia esse tantum abest, ut victoriam
sperare possint. Tibi autem hanc dis-
cussionem meam inscriptam esse voluifra-
ter in Christo dilecte, non solum ut intel-
ligeres te mihi charissimum esse: sed ut
cognosceres, etiam me, erga infirmos illos,
quorum causa tam sincere laboras, eadem
animi propensione ferri, qua primo quoque
tempore ipsos ab erroribus in viam verita-
tis reduci etiam atq; etiā opto: quod ut fiat
faxit aeternus ille Dei Filius, qui solus men-
tes hominum, vera Dei cognitione, fide, spe,
latitia, pace & vita aeterna donat atque
beat. Cui sit laus, celebratio, honor & gloria
nsempiterna secula, Amen.

DISCUSSIONE SEPTEM PARALOGISMORVM PRO ASERENDA ORALI IPSIVS MET

natiui corporis & sanguinis Christi perceptione confitorum.

I. PARALOGISMVS.

PRO quocunq; Christus mortuus est, ille comedit & bibit corpus & sanguinem Christi.
Sed Christus mortuus est pro toto homine, non tantum pro interiore, qui ore fidei comedit: sed & pro exteriori, qui ore corporis comedit.

Ergo totus homo tam exterior ore corporis, quam interior ore fidei comedit substantiale corpus Christi.

DISCUSSIONE.

In hoc Paralogismo multa sunt reprehendenda. Primum enim Maior manca & obscura est propter triplicem ambiguitatem. Una est in his uerbis: Pro quocunq; Christus mortuus est. Hæc enim uel sic possunt

possunt intelligi, Pro quacūq; parte hominis, ut pote, corpore & anima constantis, Christus mortuus est: illa ipsa pars comedit & bibit corpus & sanguinē Christi: uel hoc modo: Pro quocūq; homine Christus mortuus est ille ipse homo comedit & bibit corpus & sanguinem Christi. Altera ambiguitas latet in hoc mēbro: Ille comedit & bibit. Est enim duplex manducatio & potatio, Interna & externa, Spiritualis & corporalis, Fidei & oris carnei, Animæ & corporis. Tertia ambiguitas inest his uerbis: Corpus & sanguinem Christi. Nam corpus Christi trifariam significat. 1. Natiuum ipsius corpus ex Virgine natum. 2. Corpus mysticum, quod est Ecclesia. 3. Corpus sacramētale, quod est panis Eucharistie. Sanguis item Christi duplex est. 1. Natiuns, & is aut effusus, de quo in cœna Domini agitur: aut non effusus, qui in ipso corpore remansit. 2. Sacramentalis, qui est uinum siue poculum benedictum. Ac propter tot quidē ambiguitates Maior propositio & obscura & manca est.

Deinde etiam minor tum ambigua tum perplexa est. Incertum enim est quid hic per Interiorem, quid item per Exteriorem hominem sit intelligendum.

Internus namq; siue interior homo com-
muni quidem usu loquendi dicitur ipsa ani-
ma rationalis: Phrasí autem Sacrae scriptu-
Eph. 3. 16. ræ, Internus siue Interior homo, nomina-
1. Corint. 2. tur totus homo regeneratus corpore & an-
25. nima constans, qui etiam homo spiritualis
Eph. 4. 24. & homo nouus appellatur. Sic quoq; ex-
ternus siue exterior homo communia lo-
quendi usu significat ipsum corpus homi-
nis: alias uero (quáquam raro, & quod scia-
1. Corint. 2. uix uspiam in sacris literis) significat totum
14. hominem corpore & anima constantem
1. Corint. 7. nondum regeneratum, quem Apostolus
12. uocat infidelem, animalem, in carne uiue-
Rom. 5. 4. 8. tem, secundum carnem incedentem.

Ostensis tot ambiguitatibus appareat Paralogo-
sisnum factum esse ex pluribus, quam
tribus terminis, ac proinde eiusmodi colle-
ctione nihil legitimè concludi. Ut autem
planius innotescar fallax conclusio, age di-
stinguamus tum terminos, tu propositio-
nes, ad mentem eius, qui hunc Paralogis-
num produxit. Apparet autem partim ex
conclusione huius, partim ex Paralogismo
sesto hoc uoluisse Paralogisten, ut Maior
& minor propositiones hoc sensu acci-
piantur.

Maior. Pro quaunque parte hominis Christus
mor-

mortuus est, illa ipsa pars hominis comedit & bibit natuum corpus & sanguinem Christi ore carneo & osseo.

At Christus mortuus est pro utraq; parte Minor.
hominis, nempè anima & corpore.

Ex his præmissis necessariò tale conclusum conficitur: Ergo utraq; pars hominis, anima uidelicet & corpus natuum corpus & sanguinem Christi comedit & bibit ore carneo & osseo.

At etimuerò conclusum istud manifestè absurdum ac falsum est. Quomodo enim anima, quę est Spiritus, ore carneo & osseo comedit aut bibit? Proindè cùm minor propositio sit uerissima, Maiorem falsam esse necesse est: Siquidem teste etiam Apostolo: Ex ueritate nullum promanat men- *1. Joh. 1. 22.*
daciūm.

Ponamus iam alio sensu Maiorem, &c,
quid ex ea consequetur, uideamus.

Pro quoq; homine Christus mortuus est: ille ipse homo comedit & bibit natuum corpus & sanguinem Christi ore carneo & osseo. *Maior.*

Sed Christus mortuus est pro Patribus, Minor.
Patriarchis, Prophetis cæterisq; fidelibus
ueteris Testamenti.

Ergo omnes illi natuum corpus & san-

V 5 guinem

guinem Christi comedenterunt & biberunt,
ore suo carneo & osseo. Sed rursum con-
clusio ista falsum & impossibile colligit.
Quomodo enim illi ore carneo & osseo co-
mederunt corpus, quod nondum in rerum
natura extitit? Proinde cū minor proposi-
tio huius syllogismi sit uerissima: Maio-
rem falsam, absurdam & impossibilem es-
se necesse est, quod demonstrasse oportuit.

His ita habentibus consequitur hūc syl-
logismum uerum & necessarium esse.

Pro quocunq; homine Christus mortu-
us est: ille ipse homo comedit ac bibit na-
tiuum corpus & sanguinem Christi ad ui-
tam æternam ore & modo tantum spiritua-
li: id est, fide à Spiritu sancto excitata.

At Christus mortuus est pro omnibus e-
lectis. Ergo omnes electi comedunt &
bibunt natium corpus & sanguinem ip-
sius ad uitam æternam ore ac modo tan-
tum spirituali: id est, fide à Spiritu sancto
excitata.

II. PARALOGISMVS.

*Ex quacunque propositione sequuntur
multa absurdia, ea est repudianda.*

Propo-

Propositio negans Oralem manducationem multa parit absurdā. Ergo repudiāda.

DISCUSSION.

Maior huius Paralogismi recte intellexa uera est, tam in Theologia quam in Philosophia. Minor uero distinctione eget. Si qui enim sint, qui negent oralem perceptiōnē panis & uini benedicti in cœna Domini usurpandam esse, isti sanè non solū absurdā, sed etiam impia stabilirent: si quidē id ipsum facere præcepit Scruator. Qui uero negant, uti nos negamus, Ipsummet natum corpus & sanguinem Christi in sacra cœna ore corporeo percipi in hac regione Elementari: percipi autem fide tantum & modo spirituali affirmant, uti nos affirmamus: certè illorum sententia ueritati & toti sacre Scripturæ consentit. Quod enim fide tantum & spiritualiter id est, modo spirituali per fidem à Spiritu sancto incensam, corpus & sanguis Christi edatur ac bibatur, patet his rationibus. 1. Quia Christus est cibus & potus tantum spiritualis; id est, qui non nisi spiritualiter, per fidem, in hac vita ad salutem æternam apprehenditur. 2. Quia Christus est cibus uitæ æternæ non caducæ. 3. Quia ipse Christus dixit, uerba sua de Ioan. 6, 63, mandu-

manducatione carnis suæ & de poratione sanguinis sui spiritum & uitam esse, hoc est, spiritualiter intelligenda esse ad uitam æternam.

Quod autem ore corporeo caro & sanguis Christi nequaquam percipientur precipite debeant, probatur his argumentis.

1. Quia ipsi discipuli Christi in prima cœna ore corporeo ea nō perceperti. Corpus siquidem in medio ipsorum mensæ accubuit: sanguis autem nec dum effusus erat.

Eph. 4. 10.

Act. 3. 21.

2. Quia Christus, qua homo est, corpore suo utiq; finito, sic ascdiēt longè supra omnes cœlos, ut illic maneat usq; ad extremū diem iudicij, qui dies cùm nondum illuxerit Christum corporali præsentia in hoc E-lemētari orbe uspiam esse falsissimum est, tantum abest, ut eum quisquam ore carneo & osleo attingere possit.

Nūc in Paralogisten retorqueamus hoc argumentum, quo ueram sententiam se iugulatum putabat.

Ex quacunque propositione sequuntur multa absurdā, & quidem manifesto uerbo Dei repugnantia: ea est repudianda unā cū suis absurditatibus.

Atqui ex hac propositione, Natiū iam glorificatum & integrum Christi corpus, reuera-

reuera existit in hoc orbe Elementari, in tē
plis, in manibus ministrorum, in quolibet
pane Eucharistico, in quolibet ore carneo
Eucharistiam percipiente: atq; insuper e-
tiam comeditur: ex hac inquam Proposi-
tione, quam Paralogistes defendendam su-
sccepit, sequuntur plurima absurdā uerbo
Dei manifeste repugnantia, præter alia,
quæ breuitatis causa omittuntur, hęc præ-
cipue.

1. Si integrum corpus Christi reapse est
in quolibet frustulo panis Eucharistici, &
in quolibet ore sumentis, sequitur tot esse
integra Christi corpora, quot sunt frustula
panis Eucharistici, uel saltem, quot sunt di-
uersa loca in quibus eodem momento cœ-
na Domini administratur, ac proindè toti-
dem Christos corpore humano præditos:
contra illud: Vnus Dominus, Vnus Chri-
stus, Vna fides, Vnum baptisma, &c.

2. Cūm corpus Christi sit uerè humanum
ac finitum corpus, sequitur tempore sacræ
cœnæ, corporali præsentia Christum desis-
se, esse supra om̄es cœlos usq; ad extremū
diem: contra illud: Christum oportuit ecce-
lo suscipi usq; ad tempora restitutionis o-
mnium.

3. Si euera Christus corporali præsentia
est

320 PARALOGIS. CONFICTOR.
est in templis in pane Eucharistico, in ore
sumentium, sequitur Christum corpore
suo tum aut descendere de cœlo, aut no-
rum hic in terris creare corpus, immo ue-
ro multa corpora, quod utrumq; perabsur-
dum est.

Efficitur igitur necessaria & demonstra-
tiva conclusione, Illam Propositionem
Oralistarum ex agro & finibus Ecclesie or-
thodoxe longè propellendam & extermi-
nandam esse.

III. PARALOGISMVS.

Tantum homo regeneratus fit particeps
corporis & sanguinis Domini.

Sed totus homo per Verbum & Sacramen-
ta regeneratur. Ergo, &c.

DISCUSSIONE.

Primum de maiori gratias ago Paralo-
gistæ. Concessa enim maiore propositio-
ne, suapte sponte corruit Oralis manduca-
tio natiui corporis Christi, quam Oralistæ
indignis, impijs ac hypocritis Eucharistiā
percipientibus vindicant. Deinde di-
stinctione addita perspicuam efficiam Ma-
iorem. Corpus igitur Christi, ut dictum
est,

est, trifariam significat. 1. Natiuum ipsius corpus. 2. Myticum. 3. Sacramentale. Sic & sanguis Christi bifariam. 1. Natiuum Christi sanguinem. 2. Sacramentalem. Neglecta hac distinctione, Maior simpliciter uera esse nequit. Nam etiam non regenerati sæpè percipiunt corpus & sanguinem Christi sacramentalem. Sic quoque corporis mystici multi impij sunt participes, si quidem in ipsa Ecclesia multi tales uiuunt. Resticta autem maior ad natiuum corpus & sanguinem Christi est uerissima: Et uerum est totū argumentum hoc modo formatum.

Totum homo regeneratus fit particeps natiui corporis & sanguinis Christi.

Homo autem regeneratus totus regeneratus est, corpore scilicet & anima.

Ergo totus homo regeneratus corpo-
re scilicet & anima fit particeps corpo-
ris & sanguinis Christi, eo modo quem
sacra Scriptura ostendit, nempè fide qua
sola Christus ad uitam æternam man-
ducatur ac babitur ab
electis.

III. PARALOGISMVS.

Qualicunque instrumento interior homo comedit & babit corpus & sanguinem Christi, tali & simili instrumento comedit & babit etiam exterior homo. Sed interior suo spirituali: Ergo exterior suo corporali.

DISCUSSION.

Hic Paralogismus magnam incognitionem auctoris sui ostendit. Nam Quale & Tale similitudinem eiusdem qualitatis denotant. Quae autem similitudo inter spiritum & corpus? inter spirituale & corporale? Deinde legitima ratione argumentandis concludendum erat. Sed interior homo: id est, ipsa anima, instrumento spirituali, nempe fide (quod primus etiam Paralogismus conclusit) comedit & babit natuum corpus & sanguinem Christi: Ergo etiam exterior homo: hoc est, ipsum corpus hominis, natuam carnem & sanguinem Christi percipit. Quæ conclusio rectè intellecta nihil absurdii infert. Corpus enim ex se nihil facit, sed ex anima, qua uiuit & mouetur. Ergo ut anima regenerati hominis ore suo spirituali: id est, fide, comedit ac babit cibū &

& potum uitæ æternæ: sic quoque corpus eiusdem animæ socium, quod ut planius sit ita demonstro.

Vita æterna uiuitur tantum ex manduca-
tione spirituali, quæ sit per fidem Christi.
Corpora sanctorum uiuunt uitam æternā.
Ergo corpora sanctorum uitam æternam ui-
uunt ex manducatione spirituali tantum,
quæ sit per fidem Christi.

V. PARALOGISMVS.

*Interius agit per Exterius. Homo spiri-
tualis est interior: Ergo necesse est ut homo
spiritualis per os exterioris hominis come-
dat & bibat corpus & sanguinem Christi
natinum.*

DISCUSSION.

Hic brevis Paralogismus in multas in-
currit reprehensiones. 1. In prima figura
Maiore particulari existente nihil necessa-
riò cōcluditur. Est autem ista particularis:
Quia non omne interius, nec semper, nec
omnia agit per exterius. Multa enim ho-
mo, mente atq; animo agit, ad quæ corpus
& aliæ res externæ nihil adminiculi confe-

X runt.

324 PARALOGIS. CONFICTOR.
runt. 2. Minor quoque ambigua est. Nam
homo spiritualis, aut intelligitur, sola mēs
& anima hominis quōd sit essentia spiri-
tualis: aut phrasī sacrāe Scripturāe intelli-
gitur totus homo regeneratus anima &
corpore constans: in qua significacione,
Homo spiritualis partim est internus, par-
tim externus, sic sentiente ipso etiam Pa-
ralogista ut in sequenti Paralogismo ui-
dere est. 3. Plus est in conclusione quām
fuit in præmissis. 4. Sunt etiam qua-
tuor termini: Vnus internus: Alter, Agit:
Tertius, Homo spiritualis: Quartus, Co-
medit per os exterius. 5. A' genere ad
speciem concludit affirmatiuē, quōd est
planē ~~adūlātū~~. Quis enim concedat
hoc? Agit: Ergo comedit: Quod per
inde est ac si colligam, video animal: Er-
go video Leōnem. Quis item mox ad-
mittat istud? Comedit: Ergo per os ex-
ternum: cūm etiam internus sit edendi
ac bibendi modus, sic sentiente etiam Pa-
ralogistæ. 6. Denique quid magis pue-
rile dixeris, quām si sic colligas? Res
interior agit quædam per exteriora: Er-
go res interior comedit per os exterius.
Quis non uidet scopas dissolutas? Sed ta-
lis

V I . P A R A L O G I S M V S .

*Homo interior cùm per os exterioris co-
medat, sequitur quod non solum interior
homo, sed etiam exterior homo, carneis &
osseis membris constans corpus & sanguine-
nem Christi comedat & bibat, quotiescum-
que ad cænam Domini accedit.*

D I S C U S S I O .

Hic Paralogismus est filia præcedentis,
æquè turpis ac ridicula, ut ipsa mater est.
Primum enim incurrit in petitionem prin-
cipij: quoniam incertum per æquè incer-
tum probare nititur. Quippe id ipsum, de
quo disputatur & ambigitur, pro dato, con-
fesso & certo accipit. Hoc ipsum enim di-
sputatur & queritur: Vtrum ore externo na-
tuum corpus & sanguis Christi percipia-
tur: ac proinde carneis & osseis membris
edatur ac bibatur, quod quidem de corpo-
re & sanguine Christi sacramentali: id est,
de pane ac uino benedicto, uerum est. I-
sta siquidem carneis & osseis membris
reuera percipiuntur & deglutiuntur. Sed

de nativo & finito corpore Christi, iam
glorificato, & non nisi longè supra om-
nes cœlos usque ad extremum diem Mun-
di existente uerum esse nequaquam po-
test.

Deinde scribere & confiteri, Natiuum
corpus & sanguinem Christi glorificati,
CARNEIS ET OSSIS membris edi ac
bibi, quid aliud est, quam purum putum
Capernaitam agere? Nisi forte hoc intersit,
quod Capernaitæ carnem Christi frustula-
tim edendam sibi putarunt; Oralistæ uero
ingenuè & perspicuè fatentur, se rotum &
integrum natium illud corpus Christi
ORE CARNEO ET OSSEO percipe-
re ac manducare. Nec istis iam sapit illud
Augustini: Quid paras dentem & uetrem?
Crede, & manducasti: Nec illud Christi:
Verba quæ ego locutus sum, spiritus & ui-
ta sunt.

At enim uideamus, quorsum res euadet,
si uerum est, quod tam admirandæ Oralita-
tis auctores mordicūs tenent ac propu-
gnant.

Quicquid in regione Elementari car-
neis & osseis membris apprehenditur, id
etiam externo aliquo sensu percipitur. Na-
tium

tuum Christi corpus carneis & osseis membris in hac regione Elementari apprehendit, ut uolunt Oralista. Ergo natuum corpus Christi in hac regione Elementari externo aliquo sensu percipitur utpote, tactu, uisu, gustu olfactu. Atqui hoc conclusum est falsum, & contradictoria ipsius uera est, concedentibus ut puto, etiam Oralistis, ac proinde uerum erit hoc conclusum.

Quicquid in hac regione Elementari carneis & osseis membris apprehendit, id etiam externo sensu percipitur. Natuum & iam glorificatum corpus Christi in hac Elementari regione nusquam externo sensu percipitur. Ergo natuum & iam glorificatum corpus Christi in hac elementari regione carneis & osseis organis nusquam apprehendit.

VII. PARALOGISMVS.

Cuiuscunq; rei particeps est interior homo regeneratus, illius æquè particeps est, etiam exterior homo regeneratus. Sed homo interior fit particeps corporis & sanguinis Christi. Ergo eorundem fit particeps etiam homo exterior.

DISCUSSION.

Hic syllogismus benè constructus & reætè intellectus noster erit, nō Oralistarum. Ut autem sententia illius planior sit, sic eum informo.

Cuiuscunq; rei anima regenerati hominis est particeps sua propria perceptione, eiusdem rei æquè particeps est ipsum etiā corpus perceptione animæ.

Atqui anima regenerati hominis particeps est natui corporis & sanguinis Christi propria sua perceptione, factâ fide, quæ est manus, os & oculus animæ.

Ergò ipsum etiam corpus hominis regenerati est particeps natui corporis & sanguinis Christi perceptione animæ, factâ fide, quæ est manus, os & oculus animæ.

Ut uera esse intelligatur major declarabo eam, & reciprocum esse ostendam. Quicunq; igitur gaudet aut tristatur animo ob rem aliquam, is etiam corpore melius aut deterius habet. Ait enim Scriptura: Bona fama impinguat ossa. Item: Spiritus tristis exiccat ossa. Ita qui nimium pascit optata doctrina, is etiam corpore leuius habet. Hinc sit ut solida consolatio animo concepta

cepta leuiter ferat magnos cruciatus corporis, id quod Martyrum exempla docet. Sic qui grato cibo potuue corpus reficit, eius etiam animus hilior est, quemadmodum scriptum est: Vinum laetificat cor hominis. Date siceram merentibus, & uinum afflictis animo, bibant & obliuiscantur miseriæ suæ. Cuius ergo rei particeps est anima hominis eiusdem & corpus: & cuius rei particeps est corpus, eius etiam anima. Particem autem esse alicuius rei, est præcipue usum fructum habere illius, tum actu, tum potentia, tum spe, tum reapse. Atq[ue] ita majoris reciproca ueritas, satis, ut opinor, manifesta est.

Ex his ita stantibus iam etiam hoc consequitur: Perceptionem animæ sufficere corpori: Et perceptionem corporis sufficere animæ. Planius explico quid dictum uelim. Ex cibo uel potu animæ proprio (ut ex doctrinæ aut consolatione) participationem & usum fructum habet etiam corpus: idque ita ut cibum animi proprium, tantum os animi percipiat non etiam os corporis. Et rursus: Ex cibo uel potu proprio corporis (ut pane, melle, uino) participationem & usum fructum habet etiam

X 4 animus:

animus; idque ita ut cibum corporis tantum os corporeum non etiam os animæ percipere necesse habeat, pro uero & solido usu fructu habendo. Cæterum diuersis ijs cibus potusque tum corporis tum animæ in hominem ingreditur. Et enim cibus potusque animæ aut per aures, aut per oculos hominem ingreditur. Quippe uerbum Dei & quiuis alius sermo, quo anima iuuatur aut laeditur, aut per aures audiendo aut per oculos legendo hominem subintragit: non autem per gula aut per alias vias meatusue corporeos. Sic etiam cibus corporis (ut panis, mel, uinum) tantum per Oesophagum siue gulam hominis substantiam ingreditur, non per aures per oculos, alijsue meatus corporis. Nihilominus tamen utrinq; usus fructus ad utramq; hominis partem, ad anima uidelicet & corpus, redundat.

Cum igitur natuum corpus & sanguis Christi ore animæ: id est, fide, uerè & laudariter percipiatur ad uitam æternā, quod ne aduersarij quidem negare uel possunt, uel audent: utiq; consequens est, tali perceptione non solam animam, sed etiā corpus ipsum recreari, nihilq; necesse esse ad salutem,

salutem, ore etiam carneo & osseu istum ci-
bum & potum attrahere. Est enim Christus
cibus & potus merè spiritualis, qui non ni-
si fide ex auditu aut lectione concepta, sic
editur & bibitur, ut ipse in homine, & ho-
mo in ipso maneat ac uiuat. Quemadmo- *Ioh. 6. 63.*
dum id ipse Christus testatur inquiens: Ver-
ba quæ ego locutus sum, spiritus & uita
sunt. Item: Qui edit carnem meam & bibt *Ioh. 6. 54.*
sanguinem meum, habet uitam æternam, *55.*
idemq; in me manet, & ego in eo. Item:
Omnes eandem escam spiritualem ede- *1. Cor. 10.*
runt, & omnes eūdem potum spiritualem *3.*
biberunt. Biberunt enim ex sequente spi-
rituali Petra: Petra uerò erat Christus. I-
tem: Ego sum panis ille uitæ: qui uenit ad *Ioh. 6. 35.*
me nequaquam esuriet: & qui credit in me
non sitiet unquam. Quod etiam uice uer-
sa uerum est. Qui enim uenit ad Christum
nunquam sitit, & qui credit in Christum
nunquam esurit. Deniq; qui ipsum man-
ducat, nec esurit nec sitit. Nempe igitur
credendo in Christum, ipsum accedimus,
attingimus, cernimus, edimus, bibimus,
idq; ad salutem & uitam æternam tām cor-
porum quam animarum. Totam ergo rem
istam sic tandem conficiamus.

Quicunq; cibus ac potus ore animæ uerè ac salutariter ad salutem corporis pariter atq; animi percipitur: eum cibum ac potum ore etiam carneo & osseō percipi nihil necesse est.

Caro & sanguis Christi est talis cibus ac potus, qui ore animæ uerè ac salutariter ad salutem corporis pariter atque animi percipitur.

Ergò carnem & sanguinem Christi, ore etiam carneo & osseō percipi nihil necesse est.

Quod si Oralis natiui corporis & sanguinis Christi perceptio, ad salutem corporis & animæ necessaria est: sequetur nullos, qui ante natum Christum uixerunt, nullos etiam Christianorum infantes mortuos saluatos esse. Id quod necessariā cōsequentiā sic colligitur.

Omnes saluandos natuum corpus & sanguinem Christi ore carneo & osseō percipere necesse est: ut quidem Oralistæ sentire uidentur.

Nulli homines ante Christum incarnatum mortui, & nulli Christianorum infantes ante usum Eucharistiæ extinti, natum corpus & sanguinem Christi ore corpor-

corporeo & osseu percepereunt.

Ergo omnes homines ante Christum incarnatum mortuos, omnesque infantes Christianorum ante usum Eucharistiae extintos saluari impossibile est.

Verum enim uero conclusum hoc manifeste falsum est, quod utique ex Maiorem deductum est: si quidem Minor uerissima est: Ac proinde Contrariam Maioris ueram esse necesse est, quae sic habet:

Omnis saluandos natuum corpus & sanguinem Christi ore carneo & osteo percipere impossibile est.

F I N I S.

SOLV-

SOLVTIO TRIVM PA-
RALOGISMORVM.

PER

MATTHIAM THORACONY MVM.

1 5 8 6.

I. PARALOGISMVS.

HOC datur omnibus, & ab omnibus cœna Dominica vescentibus ore corporeo sumitur, quod pro nobis traditum pependit ac effusum est in cruce ad remissionem peccatorum.

Sed essentia corporis & sanguinis D. N. I. Christi pro nobis tradita pependit ac effusa est in cruce ad remissionem peccatorum.

Ergo essentia eiusdem corporis & sanguinis Christi datur omnibus & ab omnibus cœna Dominica vescentibus ore corporeo sumitur.

SOLVTIO.

Hic Paralogismus grauiter peccat contra

tra ueram rationem argumentandi. Idem enim per idem probare nititur, & id, quod in controuersia est, ad confirmandum assumit, quod est petere principium. Id namque quod in cruce pependit & effusum est ad remissionem peccatorum, quādam periphrasi nihil aliud est, quam natuum corpus & sanguis Christi : & contrā, Natuum corpus & sanguis Christi est id ipsum, quod pro nobis traditum pependit & effusum est in cruce ad remissionem peccatorum. Quanquam non tantum is sanguis Christi ad remissionem peccatorum effusus est, qui in cruce fluxit ex uulneribus Christi, sed etiam ille, qui in horto sudore, in domo Pilati flagellatione & spinarum coronatione elicitus fuit.

Quòd autem idem per idem nitatur probare hic Paralogismus, manifestum evadit etiam ex analysi ipsius. Quæratur enim, Quare omnes cœna Dominica uescentes ore corporeo ipsummet natuum corpus & sanguinem Christi percipiunt? Respondeat Maior: quia id ipsum percipiunt, quod in cruce pependit & effusum est in remissionem peccatorum. At enim uero

336 TRIVM PARALOGISMOR.

uerò hoc ipsum quæritur ac disputatur. Vastrum uidelicet omnes cœna Dominica uescentes ore corporeo percipient id, quod in cruce pependit & effusum est in remissionem peccatorum. Quod certè æquè incertum est, ac ipsum conclusum. Manifestum igitur euadit in hoc Paralogismo erratum esse per petitionem principij.

Ne quis autem in hisce uerbis Maioris: In cruce pependit & effusum est, uim argumenti sitam esse existimet, age hoc quoque per analysis discutiamus. Quæro igitur, cur omnes cœna Dominica uescentes natu- rū corpus & sanguinem Christi reapse ore corporeo percipient? Si quis respondeat: Quia natuum corpus & sanguis Christi in cruce pependit & effusus est ad remissio- nē peccatorū, is certè nihil ager. Quę enim hæc fuerit collectio? Natuum corpus Chri- sti pependit in cruce pro nobis traditum. Ergò ore corporeo reapse manducatur ab omnibus sacra cœna utentibus. Scopę dis- solutæ. Tantum igitur abest, ut istud Argu- mentum demonstratiuè concludat (quod tamē in religione Christiana necessariò re- quiritur) ut ne probabiliter quidem inferat conclusionē pro admiranda illa Oralitate.

Ac

Ac ista quidem Paralogismi solutio manifesta & sufficiens est. Nihilominus tamen siue Maiorem siue conclusionem eius falsam esse per collectionem absurdorum declarabo.

Natiuum corpus & sanguis Christi ab omnibus cœna Dominica utentibus ore corporeo percipitur, ut quidem uult Paraloginus iste.

Discipuli Christi usi sunt cœna Domini, tunc cùm primū illa institueretur à Christo corporali præsentia ipsis conspicuo, atque adeò contiguo.

Ergò discipuli Christi natiuum corpus & sanguinem ip̄sus ore corporeo perceperunt. Et per consequens, quia corpus Christi tunc uidebant, uisibiliter etiam ilud manibus perceperunt & ori admouerunt.

Sed enim uero conclusum hec absurdū est. Disertè enim Scriptura innuit, Christū tunc corpore suo in medio discipulorum siue stantem siue sedentem eodē loco fuisse conspicuū, qui postquā panem fregit & distribuit corporeis utique manibus suis, deinceps interiecta aliquanta mora, ijsdem manibus suis etiam poculum porrexit uisi-

338 PARALOGIS. CONFICTOR.
uiisibiliter : Sicut natuum & tunc conspi-
cuum corpus Christi , nequaquam à quo-
quam discipulorum ore corporeo appre-
hensum & manducatum fuerit . Discipuli
enim Christi contenti fuerunt tunc ore cor-
poreo percipere corpus & sanguinem
Christi sacramentalem : id est , panem & ui-
num benedictum : Natuum autem corpus
& sanguinem Christi contenti fuerūt per-
cipere solo ore animæ , quod est fides .

Quod si quis contendat , præter panem
& uinum benedictum , corpus etiam &
sanguinem Christi natuum à discipulis o-
re corporeo fuisse perceptum : Quæro
quomodo perceperunt ? Visibiliterne ? sic
ut manibus acceptum ori admouerint , an
uero inuisibiliter ? Atqui non fecerunt hoc
uisibiliter . Christus enim corpore suo eo-
dem loci siue stans siue sedens per inter-
ualla porrigebat ipsis tum panem fractum ,
tum poculum benedictum , ut disertè lo-
quitur Scriptura . Sed neque inuisibiliter
illud ore corporeo perceperunt . Quomo-
do enim ore corporeo inuisibiliter perce-
perunt corpus coram inuisibile conspicu-
um & palpabile ? Quod si Oralistæ dicant
in ipso pane corpus & in poculo sanguine

nem latuisse, quod cum pane & poculo ore corporeo absumptum sit: Respondeo: tale corpus non fuisse corpus, neq; pro nobis traditum, ideoque tale ab ipsis non esse perceptum. Quippe eiusmodi corpus, qd uel tunc, uel nunc in pane Eucharistiæ reapse lateat, in rerum natura, præterquam in phantasia Oralistarum, nec fuit, nec est, nec erit unquam.

Nunc & aliud absurdum colligam. Natus sanguis Christi pro nobis effusus ab omnibus cœna Dominica uescientibus ore corporeo reapse percipitur, ut uult Paralogistes.

Discipuli Christi usi sunt cœna Domini-
ca tunc cum primùm institueretur à Christo, corporali præsentia ipsis conspicuo.

Ergo discipuli Christi tunc perceperūt & biberunt sanguinem Christi pro nobis iam effusum. Sed conclusum hoc manifeste absurdum est. Nondum enim erat effusus sanguis Christi. Nam quod Christus ait: Qui pro uobis effunditur, manifesta Enallage est præsentis pro iam iam futuro, certitudinis causa usurpata.

Cæterum doceri uelim ab Oralistis, Hoc tempore quémnam sanguinem dicant se bibere

Y bere

bere ore corporeo in cœna Dominica? il-lumne qui in corpore Domini remansit, an-eum qui effusus est? Illum non, quia diler-tè Christus inquit: Qui pro uobis effundi-tur. Effusum autem tunc Christi sanguinem putantne recollectum esse? sic ut nunc in clarificato corpore Christi existat: an ue-
rò ibidem passim dispersum Ierosolymis permansisse? Si dicent recollectum esse & in clarificato corpore Christi existere hoc ipsis probandum erit. Si uero effusum non recollectum dicent se bibere: Quæro, quis hunc in ora ipsorum deportat, cùm tā lon-gè ab Ierosolymis absint.

Sed conficiamus iam tandem hanc to-tam rem, idq; duobus syllogismis.

Veri Christiani nec possunt nec debent alio modo natuum corpus & sanguinem Christi percipere, quàm percepérunt disci-puli Christi, in prima illa cœna sacra. Vt e-nim eadem est ratiō habendi uitam æter-nam: ita idem etiam modus percipiēdi ci-bum & potum uitæ æternæ.

Atqui discipuli Christi in prima illa cœ-na natuum corpus & sanguinem Christi reapse ore corporeo non percepérunt, ut iam declaratum est.

Ergo

Ergò neq; alij ueri Christiani natūrū cor
pus & sanguinem Christi rēapse ore corpo
reo percipiunt.

Item: Qualis sumptio corporis & san
guinis Christi sufficit discipulis Christi ad
salutem in prima illa cœna: talis etiam o
mnibus alijs Christianis sufficit. Sed disci
pulis Christi sufficit in prima illa cœna cor
pus & sanguinē Christi sacramentalem: id
est, panē & uinū benedictū, ore corporeo
sumere: natuum autē corpus & sanguinē
Christi ore animae: id est, fide uera p̄cipere.

Ergò omnibus etiam alijs Christianis ta
lis sumptio corporis & sanguinis Christi
sufficit ad salutem.

II. PARALOGISMVS.

Cuicunq; instrumento sumptio unius in
cœna Dominica conuenit, eidem etiam al
terius conueniat oportet.

Sed ori corporis sumptio unius: id est, pa
nis & vini in cœna Dominica conuenit.

Ergo ori corporis conuenit etiam alterius
sumptio: id est, corporis et sanguinis Christi.

SOLV T I O.

In hoc hypothetico Paralogismo Ma
iore ex antecedenti nequaquam necessariū
Y 2 infert

infert consequens. Quod ut planius sit, sic
formetur Maior.

Quocūq; instrumento sumitur panis &
uinum cœnæ Dominicæ, eodem instrumē-
to sumi oportet etiam natuum corpus &
sanguinem Christi. Nego in ista proposi-
tione consequens legitimè deductum esse
ex antecedente. Quæ est enim hæc conse-
quentia, Si dicas? Hæc res tractatur instru-
mento ferreo: Ergò & illa res tractatur fer-
reo instrumento. Deinde quæ est ista ne-
cessitas astringere corpus & sanguinem
Christi ad oris corporci perceptionem? Cū
disertè verbum Dei doceat, Carnem & san-
guinem Christi esse cibum & potum spiri-
tualem.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

Sed age, ueniat sub analysin Paralogi-
mus, & illegitima collectio suapte sponte
apparebit.

Quæro igitur: Quare in Eucharistia na-
tiuum corpus & sanguis Christi ore corpo-
reo reapse percipitur? Si respondeas, quia
panis & uinum percipitur ore corporeo,
certè utiq; nihil ages. Ageres quidem, si na-
tiuum corpus Christi sub pane Eucharisti-
co subsummi posset, ut homo sub animali,
ruta sub herba. Non posse autem ita sub-
summi,

summi patet ex eo, quod panis & corpus Christi natuum sint disparata. Est quidem caro Christi panis uitae æternæ, sed tropica & improoria locutione. Manifestum igitur est, etiam in hoc Paralogismo funiculos ex arena textos esse.

Ioh. 6. 51.

III. PARALOGISMVS.

*Quicunq; panem & vinum eodem man-
ducationis & potationis vocabulo inclu-
dit, is eodem etiam instrumento, manduca-
tionis & potationis sumi affirmat.*

*Sed Christus panem, vinum, corpus &
sanguinem suum in cœna eodem manduca-
tionis & potationis vocabulo includit.*

*Ergo eodem etiam instrumento, nempe
ore corporeo, sumi affirmat panem, vinum,
corpus & sanguinem suum.*

SOLV T I O.

Nego hanc esse legitimam collectionem. Lex enim syllogismorum hypotheticorum hanc est, ut tum minor, tum conclusio, nec plus nec minus assumat & inferat, quam quantum Maior habet aut in antecedente. aut in consequente. Hic autem minor plus

Y 3 affu-

assumit. Antecedens enim quod in Mino-
re subsumitur, in maiore nihil meminit cor-
poris & sanguinis Christi. Nihil igitur co-
hæret in argumento.

Esto autem, formemus sanè sic Maiorē,
ut natiui etiam corporis & sanguinis Chri-
sti mentionem habeat, & uideamus quām
firma sit argumentatio.

Quicunq; panem & uinum natiū cor-
pus & sanguinem Christi eodem mandu-
cationis & potationis uocabulo includit,
is etiam eodem instrumento manducatio-
nis & potationis sumi affirmat.

Sed Christus facit illud. Ergo & hoc. Ne-
gatur consequentia. Quia manducationis
& potationis siue manducandi & bibendi
uerba in sacris literis bifariam significant.
Alia enim est manducatio & potatio cor-
poralis, qualis conueniebat agno Paschali,
& qualis conuenit pani & uino Eucharistie.
Alia uero est spiritualis, qualem Christus
carni & sanguini suo tribuit, Ioh. 6. vers. 35.
54. 63. & Paulus 1. Corinth. 10. vers. 3. 4. Fie-
ri igitur potest, ut propter hanc æquiuoca-
tionem idem uerbum manducandi & bi-
bendi aliter atque aliter accipiendum sit,
juxta regulam: Talia sunt prædicata, qua-
lia

lia à subiectis suis esse permittuntur, & contrà.

Nihil igitur cohæret in ista argumentatione. Quod ut magis perspicuum sit exploretur Paralogismus per Analysin. Quæatur ergo: Quare pariter natuum corpus & sanguis Christi ac panis & uinum benedictum reuera ore corporeo percipientur? Et respondeat aliquis: Quia Christus non tantum panem & uinum, sed etiam natum corpus & sanguinem suum edi ac bibi iufit: certè sic nihil cohæret: Quia præter oris corporei manducationem & potationem, est etiam alia manducatio & potatio, nempe spiritualis ac fidei, quæ est os animæ.

Deniq; absurditatem & infirmitatē Majoris declaro simili. Sic igitur quispiam ratiocinetur.

Quicunque eodem uerbo circumcidendi includit præputium uirgæ & cordis siue animæ: is eodem etiam instrumento circumcisionis eā perfici affirmat. Sed Deus facit illud. Ergo & hoc. Atqui hæc collectio nequaquam ualeat. Ergo nec illa ualeat potest. Siquidem de similibus prorsus idem est iudicium.

HIS

His igitur tribus Paralogismis, Oralis illa natiui corporis & sanguinis Christi perceptio stabiliri non potest. Sed neque alijs ullis argumentis stabiliri poterit unquam. Oralis enim natiui corporis & sanguinis Christi perceptio in rerum natura nec fuit, nec est, nec erit in æternum.

F I N I S.

ADVER.

ADVERSVS AVTHO.
RES IVLIANI VT VOCANT
PSEVDOCALENDARII VA-
radini impressi pro
Anno

1 5 8 5.

CARMEN:

IN QVO ADVERSARIORVM
de Gregoriano Calendario peruersum
iudicium, quod illi suo Calen-
dario assuerunt, con-
futatur.

Simul etiam uera causa, ac ratio da-
tur ob quam omnino necessa-
rium fuit Calendarum
mutationem
fieri.



DANIEL. II.

Ips[ec] Deus mutat tempora, & aetates.

Z CHRI-

ОНЧАДУВИДА
ТАКОДАГУ ГИДА
ГИДА ГИДА
ОНОДА

МЕДОВАЛАРЫ
АСЫЛДАРЫ
АСЫЛДАРЫ
АСЫЛДАРЫ

АСЫЛДАРЫ
АСЫЛДАРЫ
АСЫЛДАРЫ
АСЫЛДАРЫ

ДАНАДА
ДАНАДА
ДАНАДА
ДАНАДА

ЧИР-

CHRISTIANO LECTO-
RI SALVTEM.

TVLTVS (inquit Salomon) si Proverb, e.
tacuerit sapiens reputabitur: 17.
& si comprescerit labia sua, in-
telligens. Quæsententia ne-
quaquam videatur in memo-
riam uenisse ijs quoru opera, ac industria
pseudo illud Calendarium pro Anno M. D.
x x c v. in lucē prodijt. Ita enim mihi per-
suasum habeo, quod si boni illi uiri sapien-
tissimi Regis uerba ante oculos suos ha-
buerint, nunquam (proh pudor) impudē-
tia illorum eousque progressa fuisset, ut ea
quam hactenus apud se tacite retinuerint,
inscitiam: nunc tandem in apertam lucem
proderent, atque ab omnibus perspicien-
dam, & irridendam palam proponerent:
Nam quamdiu stolidi illi tacuerunt: Vi-
ti sapientes: consilij, atque rationis par-
ticipes: Astrologiae, ac cæterarum disci-
plinarum periti: ueritatis amantes: bene-
voli in omnes: magistratui, ac superioribus
suis obtemperantes: sibi ipsis consentien-
tes: ac grati denique ijs qui beneficium a-
liquod in eos contulissent, uideri poterat.
Simulatque uero balbutne coepérunt, lo-
quela, ac uox ipsa eos manifestos omnibus

350 DE GREGOR. CALENDARIO,
reddidit, quām sapientiæ omnino nihil,
quām parum cerebri, quām multum stoli-
ditatis habeant, quām Astrologiæ ac om-
nis ferè bonæ, ac honestæ disciplinæ exper-
tes, quām ueritatis osores, quām maledici,
quām immorigeri, quām uersipelles, quām
ingrati in beneficos existant. Verūm ne
quis existimet hæc omnia à me temere in
innocentes uiros dicta, aut conficta esse,
docebo breuiter ex proprio ipsoru ac scri-
pto testimonio me talibus epithetis, acti-
tulis tāquam proprijs suis coloribus recte
ac uerè eos depinxisse. Extant sanè, & in
promptu sunt impuri, & mendaces illorū
hominum uersus quos Calendario suo lu-
liano assuerunt, in quibus illi uelut in uiua
quadam imagine utcunq; suos mores ex-
presserūt. Et cùm priùs paucis noti essent,
nunc omnes etiam qui longo locorum spa-
cio seiundi sunt, in egregio illo (si Dij s pla-
cer) opusculo, rāquam in lucidissimo quo-
dam speculo conspicere, ac contēplari eos
possunt. In illis enim uersibus quos ipsi sub
finem sui Calendarij tanquam appendicē,
seu sigillum quoddam appenderunt.

I. PRIMO omnium crassa eoru ignorantia
deregitur. Quia soli ipsi reprehendere au-
dient, quod omnes alij omnium nationū,

ac locorū doctissimi uiri, uehementer laudant, suspiciunt, & amplectuntur. Certè cū nemo rectè iudicium ac sententiam de re aliqua ferre possit, quam ipse ignorat, debebant illi ignari Mathematicarum disciplinarum, primò omnium peritos harum rerum consulere: causas ac rationes factæ mutationis inquirere: inquisitas diligēter (ne memoria excidant) notare: postea temporis momenta: quæ quotannis redūdant, recta supputatione facta, ad horas reducere: & ex horis dies confidere, atque sic tandem locum, aut angulum aliquem quærere ubi emergentes ac superfluos dies reponerent: quandoquidem ipsi eos sibi eripi, aut auferri, nec uolunt, nec sinunt, nec patiuntur. Credo equidem quodd si Censores illi nullam anni partem uacuam, aut mutilā repertissent, cui hos superfluos dies sine graui aliquo errore, ac animaduersione as fuerent, aut ipsi eos de Calendario suo iam pridem expūxissent; aut certè peregrinorū ac mercatorum transeuntium humeris eos ad extremas mundi oras deportandos gratis imposuissent.

DEINDE uero in ijsdem uerbis in apertas calumnias temerarij illi prorumpunt, & de Pontifice Romano, à quo nihil un-

quam damni, aut incommodi acceperunt,
peruersè ac malitiosè sentiunt, ac iudicat.
Quod certè nō in schola Christi didicerūt,
cuius hanc unā, & constantē fuisse doctrinā
discipulos suos sic docuisse commemorat:

Luc. c. 6. Benedicite maledicentibus uobis, & orate
pro calumniantibus uos. Sed neque in A-
postolum Paulum gentium Doctorē hanc
doctrinam referre possunt, qui in epistola
sua, Romanos ad quos scribit aliter instru-

Rom. c. 12. ens, sic dicit: Benedicite persequentiibus
uos: Benedicite & nolite maledicere. Su-
perest ergo ut hanc suam in maledicendo
licentiam Euangelicæ libertati ascribant,
quām qui semel assecuti fuerint, licebit eis,
quicquid libuerit.

III. TERTIO. Apertè ostendunt furiosi illi
Poëtæ in suis Versibus se nec Ecclesiasticā
potestatem reuereri, nec Ciuilē Magistra-
tum curare. Cùm enim uni, eiq; supremo
Christiani orbis præsuli sese opponant, in
omnes alios iniuriosi existunt. Non enim
hæc nota, falsò Pontifici ab illis iniusta, in
uno tantū heret Capite, sed ad reliqua quo-
que Ecclesiæ Catholicæ mēbra deriuatur.
Nā ut in humano corpore membrorū ad se
inuicē cōspiratio, & summa quædā cōsen-
sio

sio est, nec unū sine iniuria, ac offensa alterius mēbri lēditur. Ita quoq; cogitare eos oportebat in corpore Christi fore, qđ est Ecclesia: nimirū quod tāta iniuria S. Pontifici illata, in ipsum quoq; totis Imperij Christiani Imperatorem, Reges, Principes, Dukes, Nobiles, ac reliquos authoritate, potētia ac dignitatis splendore conspicuos, & præstātes uiros (quos illi ipsi mēbra Rom. Ecclesie esse fatētur & norunt) redundabit: q; hanc tām grauē iniuriā, & uerbis, ac uerberib. meritō vindicare aliquādo poterūt. Afferunt illi. Hoc signū esse Antichristi qui sibi Ius mutandi tēpora usurpabit, qđ inde aliud cōcludere possunt, nisi quōd omnes iij quos paulò antē cōmemorauimus, membra quædā sint, ac satellites Antichristi? si quidē ab ijsdem Calendariū hoc nouum in primis est receptum, ipsorum uoluntate ac iussione impressum: eorundē opera ac studio per amplissima Regna, ac latissimas prouincias disseminatum, ac propagatum est. Sed non respexerunt forsan acuti illi Dialectici ad ea quæ ex hoc unico anteēdēte sic ab eis posito, ac dato, cōsequuntur. Et quidem si ita est, poterat infirmitas istorum hominum aliquam excusationem habere, nisi cūm ea summam quandam temeritatem

354 DE GREGOR. CALENDARIO,
ritatem, atque audaciam coiunxissent: quod
in re tanti momenti non prius maturo ad-
hibito consilio tam præcipites in ferenda
sententia fuerint.

IV. **Q**UARTO, Est hoc quoque levitatis, ac in-
constantie eorum non obscurum argumen-
tum, quod in tam paucis Versiculis sibi ipsi-
sis repugnat, eaque dicant quae non ma-
gis contra nos, quam contra ipsos facere ui-
deantur. Oportebat quidem mendaces salté
memores esse, si omnino uerū dicere nole-
bant. Nunc uero dum in aliū seueri, & equi-
nimiū iudices esse uolunt, contra seipsoſ ſen-
tentiam incauti pronunciant. Aiunt enim:
Hanc mutationē Calendarij, signū eſſe An-
tichristi, & tamē post paucas lineas ipsi ſuū
modum tradunt, quem pontificem ſecurū
eſſe uoluissent. Quanquam hæc ipſorū ra-
tio, quā tantopere prædicant, & quaſi ſolā
ſequendam fuille docere uolunt, nec certa
ſit, nec perſecta, ſed inconstans, mutila, &
variabilis: nec potuiffet niſi per plures, &
frequentes mutationes opus ad priſtinum
ſatum reuocare. Quæro ergo nūc ab eis ſi
adhuc fateantur, Hanc mutationem à pon-
tifice factā, notam, ac ſignum eſſe Antichri-
ſti? Quod ſi ita eſſe conſeſſerint, concedant
& alterum quod ſequitur neceſſe eſt, nimi-
rum

rum ipsos quoq; ad Antichristi vexillū pertinere: si enim pro Antichristo haberi debet qui semel immutat Calendas, quod Póti-fex fecit: Ergo illi magis Antichristi nomi-ne digni censendi sunt, qui nō semel, sed sē plus tempora mutare uolunt. At qui uerò illi eiusmodi modum tradunt, qui nō potest uno ac eodem tempore restituere totum quod collapsum est: sed per diuersas uices, quarto quoq; anno una dies expungenda esset. Quare cōsequitur manifestè illos potius hoc nomine, ac titulo dignos esse. Iam uerò si etiam Pontifex Romanus Ioannis Regiomontani rationē secutus fuisset (qd' omnino futurū erat, ut illi diuini Vates cō-iiciunt, nisi ille præmatura morte præuen-tus, & extinctus fuisset) quid quæso dictu-ri erant de suo Regiomontano? Quam sen-tentiam laturi in nostrum Pontificem? Aut oportuisset eos ab utriusq; calumnia absti-nere: aut certè in utrūq; iniuriosos existe-re. Non ignorant illi Vates nō minem facilè fidem eorum uerbis daturum esse, nisi ali-unde magis fide dignum testē accerferent: quocirca probare nituntur hanc Antichri-sti notam ex Danielis uaticinio, qui inter alia quę de Antichristo prænunciat, etiam hoc ei tribuit: nimirum quod is existima-

Dan.c.7.

356 DE GREGOR. CALENDARIO,
bit se Ius habere mutandi tempora. Sed uis-
deamus si sacer Propheta ibi de Calédario
Gregoriano (quod nec inter somniandum
quidem ei unquam occurrit) loquatur. Et
quidem si ita esset cùm nullus ex Gregorij
prædecessoribus hanc mutationem in or-
bem inuexerit, sequitur nulli usque ad Gre-
gorium XIII. pontif. nomen Antichristi tri-
bui potuisse, cùm tamen plerosque illi hoc
falso titulo appellant. Quod ergo illud Ius
est quod Antichristus iniustè tibi usurpa-
bit? Arbitror aliud non esse nisi libertatem
violandi & abolendi dies festos qui ubiq;
locorum apud Christianos & Catholicos
magna cū religione obsernari cōsueuerūt.
Si enim uerum est (ut Apostolus Paulus te-
statur) quòd ipse seipsum elatus sit supra
omne quod dicitur Deus, aut qđ colitur,
nónne etiam consequens est, quod totū di-
uinū cultum aliò trāsferet? Ad cultū autem
Christianū pertinet festorū certis quibus-
dam anni diebus obseruatio: quæ ipse om-
ninō abrogabit, & alia in eorū locū propha-
na & abomināda festa pro arbitrio suo sub-
stituet. Atque hoc ut faciliūs & expeditius
perficere possit, egregiè noui illi Euāgelici
ei uiam iam præmunierunt. Quippe quod
plerosque festos dies tot retrò actis seculis

z. Thess. c. 2.

à Chri-

à Christianis per totum orbem piè obler- Luth. Tom.
uatos, & religiosè frequentatos, omnino fol. 7. pag.
remouerunt: Cæteros uero dies quos ad- b. probat
huc in aliqua ueneratione habent, ita à ple hoc ipsos Pa
becula seruari uolunt, ut tamē in libertate, pistas facere,
atq; arbitrio cuiusq; sit positū eos aut mu- & quidem
tare, aut in aliud tēpus transferre: aut certe exemplum
si ita uisum fuerit, etiam ex annuo dierum Annae addu-
Indice delere: atq; ab aris, ac tēplis suis re- cit.
mouere, explodere, ac quā lōgissimē ppul
fare. Quā quidē licētiā noui illi artifices, &
Poētē in suis carminib. omnibus Christico-
lis datā, & cōcessam esse apertē cōfingunt.

QUINTO summa eorum perspicitur in- V.
gratitudo in eos à quibus haud uulgari be-
neficio nuper affecti fuere. Ipsi enim in titu-
lo libelli apertē fatentur, se Ephemeridas
suas ex M. Petri Slouacij Cracouiensis Aca-
demiæ Astrologi Ephemeride transsum-
psisse. Quod quidem usq; adeò uerum est,
ut illi non rem nūdam ac solam, sed & ipsa
uerba ab eodem authore mutuasse depre-
hendantur. Vnde liquidò constat, eos ne-
quaquā præcognituros fuisse, non dicā re-
motos, ac incertos futurorum temporum
euētus, sed etiam quid hodierni diei serus
uesper secum sit asportaturus: si nō habui-
sent nostræ religionis, ac fidei præeuntem

Astro-

Astrologum qui eis tanquam cæcis, & palpantibus facem, ac manū præbuisset. Quæ enim est Anus tam præsaga rerum futurū quæ eos docere potuisset, quod hoc anno, Pisorum, Milij, Ciceris, ac Fabarum alama terra sufficientem copiam de se sit præbitura? Quis est Agricola tam præscius annui prouentus, qui Tritici abundantiam: Siliginis mediocrem prouentum: Hordei in locis declinioribus sati, infælicem progressum, aut diuinando promittere, aut cōiectando prædicere eis ausus fuisset? Quæ quidem omnia diuini illi Prophetæ ignorassent, si non in Vitulo nostro (ut cū Sam-
ludic. 14. sone mihi liceat loqui) arassent. Et huius quidem paulò ante accepti beneficij non tam citò obliuisci eos oportebat. Multò ue- rò minus permittere, ut insælix iste, & ab- ortiuus fœtus uix bene in lucē editus, Vi- perarum more, in propriam suam Matrem mordacibus, ac uenenatis suis dentibus, desæuiat. Sed sequitur non rarò patrē sua proles: & Simius Simiam procreat: atq; ut in prouerbio est: Malus coruus, malū quo- que excludit ouum. Et quorsum hæc om- nia? nimirum ut benè lecto, & perspecto i- storum hominum infami libello, facilius & ueriū de ipsis quoque authoribus, pru- dens

dens Lectori iudicare, ac sententiam suam
ferre possit. Deinde ut cognoscat, quam o-
mnino nihil huiusmodi hominibus in gra-
uioribus, & magis arduis quæstionib. cre-
dendum, aut confidendum sit, siquidem in
re parua, & extra omnem controvërsiam,
apud omnes homines qui sani sunt cere-
bri, posita, tam pertinaciter agunt, tam
turpiter hallucinantur, tam aperte men-
tiuntur, tam audacter omnibus sese op-
ponunt, tam peruersè iudicant, tam ini-
què sentiunt, tam infideliter se gerunt.
Et hæc quidem ita se habere, facile ille per-
spicit, qui benè priùs lectis ac perspectis
ijs quæ suprà à me dicta, & præmonstrata
sunt, ad alia quoq; quæ consequuntur
mentem, cogitationemq; su-
am serio transferre
uoluerit.

DE

360 DE GREGOR. CALENDARIO,
DE CALENDARII MVTATIONE IUDICIVM.

M. S. P.

QVI sapit in ueteri maneat ratione dierum:
Nam noua nil ueræ laudis habere potest.
Hanc Antichristus genuit: sibi seruet eandem:
Distinclos ab eo sic decet esse p:os.
Hoc Antichristi signum bene nouimus esse
Tempora mutandi ius quod habere uelit.
Si tamen hæc esset ratio perfecta dierum:
Non adeo iniuii nos sequerentur eam.
Sed quia Romani mancam esse fatentur & ipsi:
Dum satis emident nos iuuet ista uetus.
Causa festorum mutauit Papa Calendas:
Libertas sed in his est data Christicolis.
Tum noua mentiri ratio docet ista dierum:
At Deus hoc prohibet, quem timuisse decet.
Quippe diem undecimum uul: primum Mensis haberi,
Et nondum exortos præterisse dies.
A' quarta iubet Octobris nos luce salire
Mox in quindenam præful in u: be sedens.
Forsitan qui stertant denas noctesq: diesq:
Papa miser segnes Endymionas habet.
Tot noctes nos totq: dies dormire nequimus:
Sufficit in somnos nox quotacunq: suo:.
Debuit istarum fieri correclio rerum
Commodior longè difficilisq: minus.
Annis quinquaginta sex bissexus omissus
Cæsar is ad normam restituisset opus.

Tempora

ANTITHESIS QVA IN CONTRA-
 rium respondetur ad peruersum iudicium de
 Calendarij mutatione.

P. S. VV.

1 **Q**VI sapit in ueteri non stet tatione dierum?

Quod noua sit melior, quā fuit illa uetus;

2 Iulianus Gentilis: dedit hanc tibi Papa secundam.

Nos magis huic humeros iupposuisse decet.

3 Est Antichristus qui tempora mutat, ut inquis:

Ergo pro Christo est tempora restituens;

4 Si perfecta foret ratio, se quereris eandem:

Si non perfecta est, dic ubi deficiat?

5 Romanum ex multis mancam qui dixerit unum

Prodere dum nec sis: nos iuuet ista noua;

6 Causa festorum mutarit Papa Calendas,

Officium Summi est hoc quinq; Pontificis.

7 Tum noua nos anni ratio bene: prisca doce: uos

Mentiri: Deus hoc odit, & illud amat,

8 Quippe peracta semel peragi uult festa secunda;

Exactos non uult præterisse dies.

9 Si denos superesse dies fateare quotannis:

Hos alio potuit tollere Papa modo?

10 Fortè dies denos superaddi uultis in annos,

Quod non ad somnum nox satis una fuit.

11 Si breuis est somnus uester, Cur quoq; doletis

Pontificem paucos execuisse dies?

12 Quid miser argutos Anser strepis inter Olores?

Scilicet es toto doctior orbe Plato.

13 Vna dies quarto tolli potuisset in anno,

Tardius ad normam sic rediisset opus,

14 Adde

362 DE GREGOR. CALENDARIO.

Tempora Niceno placuit si reddere seculo,

Quadraginta annis res peragenda fuit.

Hinc centeno anno poterat bissexus omitti;

Hæc ratio constans firma satissimæ foret.

Regiomontanus Ioannes nomine dictus,

Pontifici hanc quondam sua serat ire viam.

Et nisi mors illum Romæ immatura necasset,

Iam pridem forsan res ea facta foret.

Ac ita certe e quidem doctri correccta uiderent,

Tempora, nil uulgo percipienter rudi.

Nunc vulgus, nunc doctri simul turbata caterua est;

Nos quia mentiri præsum ab urbe docet.

Ista Dei nutræ res facta est, impius ut sit

Signo Antichristus notus in orbe suo.

Sed quis, queso, modum laudet? quem Papa fecutus

Tempora turbando turbat in ore uiros.

Astronomus quidam priuatus solus, & unus

A' nullo iussus sponte peregit opus.

Noluit in lucem dubio procul edere uiuus,

Nempe quod hunc mancum uiderit esse librum.

Astronomi frater post mortem protulit illum,

Et tali donat munere Pontificem.

Pontifici munus placuit, diuulgat idipsum:

Inde hoc egregium scilicet extat opus.

At qui consensu peragi res debuit ista

Totius Imperij non modo Pontificis.

Imo Cæsareas quæcunq; secuta Calendas

Hæc temus est regio, non remouenda fuit.

Postea consensu facta concire decebat

Ariſſices ſummos, Astronomosq; uiros.

Hic

- 14 Adde quod hæc ratio uaria, & non firma fuisset:
Nam q; suum augmentum quilibet annus habet.
- 15 Est satius totas semel immutasse Calendas,
Per plures ad iter quam remeare uices,
- 16 Regiomontani uia longior illa uidetur:
Monstrata est brevior semita Pontifici,
- 17 Et nisi præpropera sublatus morte fuisset,
Forsan & quod nos nunc sequeretur iter.
- 18 sic correcta simul sequerentur tempora docti;
Et uos cum uulgo perciperetis idem.
- 19 Si turbata fuit plebs, uos turbastis eandem;
Mentiri populo quos docet ipse Satan.
- 20 Confilio res facta Dei est: celestia mater
Scilicet ut natos hinc probet illa sub;
- 21 Sed quis quæso modū spernat? quem Papæ secutus,
Dum iubet ad priscum secla redire statum.
- 22 Sit liber unius. Quid tum? si spernis, & unum
Ars habet autorem sit quotacunq; suum
- 23 Non dedit in lucem librum, ratus esse legendum
Hunc, prius à multis: non quia mancus erat.
- 24 Mortuus est author libri, non fautor: habere
Tutorem potuit posthumus iste suum.
- 25 Papa sibi oblatum librum dat in Vrbe peritis:
Lectus & admissus traditur inde typis
- 26 Res confecta fuit, nutu simul Vrbis, & Orbis:
Desuit assensus forte prophane tuus.
- 27 Sponte secuturus correctas ritè Calendas
Nil nocet: in uitio fulmine Papa ferit.
- 28 Misit ad Astronomos Romanus Praeful ab Vrbe,
Iudicium potuit scribere quisq; suum

364 DE GREGOR. CALENDARIO,

His tradenda fuit tanta & prouincia molis:

Multi, quam solus, cernere plura queunt.

Sic (si momenti quid habet) res ista fuisset

Acta, peracta probè, conueniente modo.

At quid opus ueteres adeò emendare Calendas?

Ante fores propè adest ultimus ille dies.

Quin potius sanctam studeamus ducere uitam,

Ut liceat nobis regna uidere Dei.

39 Magnæ molis erat toti præscribere Mundo:

Qui Caput est Orbis solus obiuit onus.

40 Cernis ut acta probè res est: quod si probus essem,

Hoc quoq; nobiscum tu sequereris iter.

41 Si postrema dies instat: correcta, quid ergo

Tempora per se mox deperitura doles?

42 Quid uctat incertam fluxo cum tempore uitam

E mendare satis: cùm sit utrumq; bonum.

Aa 2 APO-

APOLOGIA
 CALENDARII. E M E N -
 DATI, IN QVA TOTIVS
 MUTATIONIS FACTÆ, VERVS
 modus ac necessaria causa
 ostenditur.

Prisea suis quondam signarunt secula tabellis
 Quot momenta super quilibet annus habet.
 Hæc pariunt horas: ex horis nata dies est:
 Inde secundurus Mensis, & Annus erat.
 Vnde suo cursu sensim labentibus annis
 Non poterant certum festa tenere gradum.
 Progressurus erat paulatim longius error,
 Si non ad normam mox redijisset opus.
 Iam pridem in uotis habuit Germania tota,
 Rursus ut in solidum restituatur idem,
 Censuit Europæ grauium pars magna uirorum
 Cæsaris absoluinon posuisse manu.
 Ante triginta annos communi uoce Tridenti
 Res ex Concilio est credita Pontifici.
 Hanc rem Pontifices non perfecere priores:
 Gregorius tandem sponte peregit eam.
 Et quoniam totum fuerat seruandi per Orbem,
 Communi hanc uoluit iudicio fieri.
 Conuocat Astrorum Romam quo scuriq; peritos,
 A' quibus hoc peragi posse putabat opus.
 Quisq; sui ingenij vires collegit in unum,
 Scilicet optato ut fine fruatur opus.

Docitus

Doctus Aloysius fratri post fata reliquit
 Ingenij de re tunc monumenta sui.
 In quibus exacta docuit ratione Cyclorum,
 Tempora ad antiquam posse redire uiam.
 Scrinia dum fratribus scrutatur Lilius hæres,
 Inuenit optatas illicò lærus opes.
 Offert Ponifici munus pro tempore gratum:
 Mittitur ad doctos, Astronomosq; uiros.
 Illi iudicij trutina simul omnia pensant,
 Addunt quod deerat, perficiuntq; librum.
 Papa librum capit, & totum transmittit in Orbem:
 Præcipit, hortatur, suadet, ut accipient.
 Hunc Reges, Hunc † sponte Duces; Hunc Cæsar ab Vibe † Nego,
 Transmissum, populo proposuere suo.
 Unde nouæ cessit rationi prisca dierum,
 Non secus à clara quam fugit umbra die.
 Ergo sic ueteres pulsæ procul inde Calendæ,
 Vix ubi consiliant obtinuerent locum.
 Mox in Pannonia n migrarunt: Credo, Clientes
 Ut te Patrono perfruerentur ibi.
 Sic age Patronum quasi sis quandoq; futurus
 Actor in adversum, quod fore credo breui.
 Nam nostræ uasto seruantur in orbe Calendæ:
 Vestræ clauduntur non nisi sine breui.
 Forte uetus statem prætendis: Dico uetus
 Nostra magis ratio est, quam queat esse tuæ.
 Nempe quod ad normam nostra est reuocata priorem:
 A' uero denis uestra diebus abest.
 Ex nostris uestris transsumptis esse Calendas
 Id uestri titulus monstrat abunde libri.

Emendicatas uestras liquet esse Calendas:

Quæro uetus statum quam dare uultis eis?

Deniq; si ueteres adeò placuere Calendæ,

Alius ordiri conueniebat opus.

Primus erat Mensis Romanis Martius olim.

Nunc prima est anni Ianus origo bifrons.

Non dolet integrum Mensem pro Mense locasse,

Et seriem mītis inuariaisse modis.

Et dolet à quarta Octobris nos luce salire

Ad decimam quintam? non mediante mora.

Sic carpis, doceas: si nescis, crede docenti:

Aut in te Vatis uerba faceta cadent:

Ardea culpat aquas cùm nesciat ipsa natare:

Sic tibi quod nescis displicuisse potest.

Discere si cupias (nisi sis Marpesia cautes)

Tempore te uiua uoce docebo breui.

Aut si uis mutum magis auscultare Magistrum,

Hac de materia prostat ab Urbe liber.

Deniq; quisquis adhuc retinendas esse Calendas

Afferit antiquas:is male mente sapit.

More Gyganteo quia frustra solus in omnes

Tela iacit, Populo non nocitura Dei.

PROGNOSTICON
DE CALENDARIO AN-
TIQVO VARADINI
impresso.

AVguror antiquas perituras esse Calendas:
Posse nec in longos robur habere dies.
Cur? Quia corruptæ sunt longo temporis usu:
Ergo certus eis imminent interitus.
Adde quòd angusto clauduntur fine Tibisci,
Illas nam titulus longius ire uetat.
Editus ignoto NOTHVS est de patre libellus:
Illiſus Authorem nam pudet esse patrem.
Non habet Heroas, magnos PUPILLVS incrimis
Sub quorum possit uiuere præsidio.
Deniq; non propria est natus de matre: perinde
Ut Cuculus nido nascitur ex alio.

PROGNOSTICON
DE CALENDARIO
NOVO:

AIONouas nunquam morituras esse Calendas:
Sed quòd uicturæ sunt sine fine diu.
Quippe quòd à mendis purgatas nouimus esse:
Quod caret omnigena labe perire nequit.
Et quia non Vrbis clauduntur fine, sed Orbis:
Illas diffiteor posse redire retrò.

Suntꝝ

370 DE GREGOR. CALEND. IVD.

Suntque nouae genitae de noto patre Calendae:

Et talem prolem gaudet habere pater.

Huic turrita, Ducum, Regumque palatia passion

Hospitium gratis exhibuere suum.

Postremo quia germana de matre libellus

Prodijt: infantem nutriet illa suum.

F I N I S.

VEN.

VENTILATIO SCRIP
PTI, CLAVDIOPOLI IN
TRANSYLVANIA EDITI, QVOD
inscriptum est, Aduersus auctores Iulia-
ni, ut vocant Pseudocalendarij,
Varadini impressi pro
Anno

1585.

QVA QVIDEM VENTILATIO-
NB PBRSPICVB ET BREVITER DECLARA-
tur, quod & quale sit illud genus hominum,
qui sibi titulum SOCIETATIS IESU uen-
dicant: qui sunt qui Pseudochristum morta-
libus obtrudunt: quid de dierum obserua-
tione tenendum: quis sit, & ubi resideat Ma-
gnus ille Antichristus: quid denique de Pla-
netariorum Astrologia sentiendum sit.
Hæc omnia breviter h̄c ueritatis
studiosos legisse nunquam
pœnitabit.

Scilicet à placitis prodest auertere mentem:
Si placitura nocent, si nocitura placent.

Bb PRÆ

1132. OITA MUNI

NI KOTO NO HAGI

ANNO JICO 2500

SHIBUYA SHIZUOKA

WAKAYAMA KANAGAWA

YAMANASHI SUGAWARA

SAKURADA 3 3 3

OITA MUNI

NI KOTO NO HAGI

ANNO JICO 2500

SHIBUYA SHIZUOKA

WAKAYAMA KANAGAWA

YAMANASHI SUGAWARA

SAKURADA 3 3 3

OITA MUNI

NI KOTO NO HAGI

ANNO JICO 2500

SHIBUYA SHIZUOKA

WAKAYAMA KANAGAWA

YAMANASHI SUGAWARA

SAKURADA 3 3 3

P R A E F A T I O.

Responde stulto (inquit Pro. 26. 5.) rex sapientissimus Salomon ad stultitiam eius, ne forte sibi ipse sapiens esse videatur. Digna sanè sententia quæ paulò altius expendatur: plus siquidem in recessu habet, quam prima fronte promittit. Quippe hoc illa sibi uult, ut à ueritate contra mendacium stemus. Ut enim sapientia uis quædam animi est ueritatem perspiciens & custodiens: ita stultitia fons & origo mendaciorum est, ueritatis ignorantia & expers. Non ab re igitur per Salomonem Spiritus sanctus præcipit, ut stultiloquia uanorum hominum ui ac robore ueritatis conuellantur & labefactentur: Eò B b 2 quod

quod nulli hominum plus nocere
soleant orbi terrarum, quam illi ip-
si, qui cum sint stulti, sibi tamen
miram quandam sapientiae laudem
impudenter arrogare non dubi-
tant. Qualium hominum ceterae
cum passim plurimae sunt, ut dici-
tur: Stultorum plena sunt omnia:
tum haud scimus, an ulli homines
equè stulti ac mendaces sint, quam
illi ipsi, qui hoc seculo omnes penè
Mundi angulos perreptantes, si-
biq; nescimus cuius Iesu societate
faftuosè arrogantes, genus morta-
lium passim aut miserè seducunt,
aut in via errorum confirmant sta-
biliuntq;: adeò quidem, ut non du-
bitemus pro certo affirmare, Istam
Iesuiticam societatem ad eos de-
mum mitti, quibus Deus grauiter
offensus est. Hi enim in negotio
præ

præsertim religionis Christianæ,
præter mendacia & meras dece-
ptiones aliud penè spirant nihil.
Id quod uel breue illud scriptum,
quod nuper uespertilio quidam i-
stius societatis in lucem emisit, ab-
undè testatur. Quod ne iniuriâ ip-
sis obijcere uideamur, age, quid
hoc rei sit, ordine uentilemus. Sine
certarum autem personarum infe-
statione, res cum rebus, rationes
cum rationibus & argumenta
cum argumentis con-
grediantur.

VENTILATIO

PRIMA.



IMVLAT QVE balbutire cœ-
 perunt, loquela ac uox ipsa e-
 eos manifestos omnibus red-
 didit quām sapientiæ omni-
 no nihil, quām parum cere-
 bri, quām multum stoliditatis habeant,
 quām Astrologiæ ac omnis ferè bonæ ac
 honestæ disciplinæ expertes, quām uerita-
 tis ofores, quām maledici, quām immori-
 geri, quām ueris pelles, quām ingrati in be-
 neficos existant. Hęc ille:uel illi potius so-
 cij Iesu in claustro Claudiopolitano lati-
 tantes (communi enim consensu hoc quic-
 quid est prodijse putamus) de nobis Ec-
 clesiarum Christi ministris, cæterisq; lite-
 ratis hominibus in Hungaria existentiis
 bus: quę quām sint superbē atque arrogan-
 ter dicta, qui legit audir' ue, quin intelligat,
 arbitramur esse neminem. Omnia nobis
 adimunt, quia forsū sibi solis, pulcherri-
 mis scilicet Mundi luminibus, omnia inel-
 se persuasum habent. Quæ quia singulatim
 deinceps persequendo probare nituntur,
 quām id ueraciter faciant, age dispicia-
 mus.

VEN'

VENTILATIO SECUND A.

Primò omnium crassa eorum ignoran-
 tia detegitur. Quia soli ipsi reprehen-
 dere audent, quod omnes alij omniū
 nationum ac locorum doctissimi uiri ue-
 hementer laudant, suspiciunt & ample-
 ctuntur. Hæc illi: quid nos nerò? Sanè qui-
 dem adhuc pueri ex Grammaticis didici-
 mus: Superlatiuos sine genitiuis plurali-
 bus positos, absolutè usurpari propositi-
 uis cum aduerbio benè, egregiè, ualde Do-
 ctissimos igitur uiros: id est, benè:egrediè,
 ac ualde doctos passim in orbe terrarum
 esse plurimos: qui tamen nouum istud Ca-
 lendarium nec laudant, nec suspiciunt, nec
 amplectuntur: ut uelint maximè, negare ta-
 men cùm minimè possint: ipsimet socij Ie-
 su: uelint nolint, fareantur oportet, se hoc
 loco turpiter fallsum dixisse, imò uerò mé-
 titos grauiter esse. Non enim hæc impru-
 dentes & non præmeditati protulerunt:
 sed studio fallendi ac nocendi: cùm non
 nesciant, Multas adhuc, easque integras
 tum regiones tum urbes amplissimas, ui-
 ris doctissimis neutiquam destitutas, Gre-
 gorianum Calendarium nec laudare, nec
 suspicere, nec amplecti ullo modo uelle: ut

interim taceamus, multas regiones atque
urbes, non nisi inuitas iugum innouati Ca-
lendarij subiisse: tantum abest ut laudarint
aut suspexerint illud.

Sed unde quæsumus, tam audax licen-
tia mentiendi istis socijs Iesu? Quia nimi-
rum Sancta, Catholica, Romana uniuersa-
lis Ecclesia concilijs suis iampridem de-
terminauit, non tantum hoc: Hæreticis fi-
dem non esse seruandam: Sed etiam istud:
Licere mentiri bona intentione. Quia sci-
licet hæc pulchrè consentiunt præcepto
Rom. 3, 8. Apostolico: Non sunt facienda mala ut e-
ueniant bona.

At quid mirum tam impudenter istos
mentiri? cùm sectæ etiam suæ ementitiā
originem palam iactare ipsos nihil pudeat.
Rogati enim Cur se socios Iesu nominent,
Respondere solent: Ignatium Laiolam pri-
mum sectę huius auctorem, bona gratia Pa-
pę, cum duodecim socijs, quos Apostolos
Iuos nominauit, religiosam peregrinatio-
nem, Ierosolymam uersus quondam insti-
tuisse: cunq;ue per tempestates progredi
non posset reuertisse ad Papam pro incho-
anda noua secta: In itinere autem Iesum il-
li apparuisse multa præcipientem, &c. at-
que hanc esse causam, ut societas Iesu di-
cantur.

Anno Domini
1537.

cantur. Hic uero, quis non uidet? hoc totum aut commentitium esse: aut si Iesu
 Laiolæ isti apparuit, hunc Iesum non fuisse
 Seruatorem Mundi ex uirgine Maria na-
 tum. Sacra enim scriptura disertè testatur,
 Iesum Dei Filium supra omnes cœlos ascē- *Eph. 4. 10.*
 disse, ibi q; mansurum esse usque ad tempo *Act. 3. 21.*
 rare restitutio[n]is omnium: id est, usq; ad ex-
 tremi iudicij diem. Tantum enim tunc re- *Mat. 26. 64.*
 dabit Iesu Dei Filius, non quidem in ter- *2. Thess. 4.*
 ras deorsum, sed in nubes duntaxat, inde ^{17.}
 sententiam dicturus, omnibus conspicien-
 dus, iterumq; cū electis suis supra omnes
 cœlos redditurus. Illic enim sunt sedes uitæ *Ioh. 14. 2. 3.*
 æternæ electis Dei præparatæ. Is igitur Ie-
 sus, qui Laiolæ claudio & desperato militi
 (pedes enim in bello traiectus militiā de-
 seruerat) in itinere apparuit, unus ex illis
 haud dubiè fuit, de quibus Filius Dei fide-
 les suos diligentissimè præmonuit dicens:
 Tunc si quis uobis dixerit, Ecce hic Christus, aut h[oc]c ne credite. Surgent enim Pseu-
 dochristi & Pseudoprophetæ, ita ut sedu-
 cant (si fieri possit) etiam electos. Ecce præ-
 dixi uobis. Quare, si dixerint uobis: Ecce *Mat. 24. 25.*
 in deserto est, Ecce in conclaui est, ne cre-
 dite. Ex his intelligimus, Pseudoiesum
 fuisse, qui Laiolæ illi apparuit: Pseudoie-

fam esse, quem Pseudoprophetæ Romæ
nenses ex pane Eucharistiæ transsubstanc-
tiato in ciborijs aut monstrofantijs conclu-
sum tenent, adorandumque circumferunt
aut eleuant, adoratum mox deuorant de-
glutiuntque impiè: Pseudojesum quoque
esse intelligimus illum, quem male feriati
homines clamitant latere in omnibus fo-
lijs arborum, in omnib. lapidibus, pomis,
pyris, caseis, cantharis ceruisciarijs, ac deni-
que in quouis frustulo cœnæ Dominicæ.
Nempe igitur Iesus ille Martiulcano La-
iolæ uisus, Pseudojesus fuit. Et quia homo
nō fuit (postea enim in itinere euauit) an-
gelus fuit aut bonus aut malus: sed bonus
non fuit: quia boni Angeli humanam Chri-
sti Iesu formam ad fallendos homines nū-
quam assumunt. Malum igitur fuisse necel-
se est. En quam sancta origo societatis Iesu.
Sed ad rem.

VENTILATIO TERTIA.

„ **D**einde uerò in ijsdem uersibus in a-
„ pertas calumnias temerarij illi pro-
„ rumpunt, & de Pontifice Romano, à
„ quo nihil unquam damni aut incommodi
„ acceperunt, peruersè ac malitiosè sentiunt
„ ac iudicāt. Sic illi. Quis autem credat istis,
„ nullo

nullo nos unquam damno per Pontificem Romanum affectos esse? Nam uel hoc damnum & incommodum lögè maximum est, quod Romanus Pontifex istam mendacem societatem Iesu iam etiam in Transsylvania & Hungariam effudit. Quis dubitat, maximum esse damnum abduci à uero Christo, & seduci ad Pseudochristum? Et quis nescit, istos Laiolanos Pseudoprophetas, partim ad Pseudoiesum Laiolæ usum, partim ad Pseudochristum ex pane obmurmurato confitum, tum adorandum tū deuorandum seducere tā pueros quam plebem ipsam? O' profanissimam profanitatem. Quæ unquā gens Deos suos uorauit? Ecquis est mortaliū, cui uel mica rationis supereſt, quin uel ipsis manibus crassissimum mendacium Romanenſium Pseudoprophetarum palpare queat? Docent enim Panem Eucharistiæ, manentibus tantum accidentibus, puta rotunditate, colore, sapore, reapse transubstantiari in uerum Christi corpus, ac proinde uerum etiam esse Deum adorandum. At enim producant ex sacris literis uel unicum argumentum, unicum syllogismum demonstratiuum, ut eius rei certa scientia habeatur, præstabūt scilicet hoc, cū quadrupedes cerui

cerui in ætere uolabunt. Quid porrò autē? Nónne miseram iuuentutem & plebem ad idolatriā tum in pane obmurmurato, tū in statuis exercent? Nónne sanctos:demortuos etiam inuocare, illis seruire, statuas ipsorum uenerari docent? Quid? Nónne publico scripto, isti ipsi Claudiopolitani uespertilioes tradunt, Laicos lectione fararum literarum arcendos esse? Quia Pseu-
doprophetæ isti olfaciunt (ut sint inexcu-
sabiles ni resipiscant) miseram plebem fa-
cile palpaturam esse crassissima ipsorum
mendacia, si Sacræ scripturæ lectio ipsi cō-
cedatur: quod ne fiat, modis omnibus im-
pedire conantur. Quanto melius beatus

*Homil. 9. su
per Epist. ad Coloss.* ille Chrysostomus: Audite, obsecro (ait) o-
mnes seculares. Comparete uobis Biblia
animæ, pharmaca. Si nihil aliud uultis, uel
nouum Testamentum acquirite, Apostolo
rum acta, Euangelia. Hoc demum malorum
omnium est causa, quod Scripturæ ignorantur. Non
omnia in humeros nostros reijcite. Ques-
tis: uerùm non irrationales. Multa & uo-
bis committit Paulus. Hæc ille. Quæ cùm
sint uerissima, quis negabit, Papam pluri-
mum damni afferre conari in Hungaria &
Transyluania, dum contraria his per suos
Iebusitas tum iuuentuti in schola, tū plebi

in uulgo inculcari facit? Ergo bonus dies.
Eamus, & osculemur pedes Papæ.

VENTILATIO QVARTA.

Tertiò apertè ostendunt furiosi illi poëtæ, se nec Ecclesiasticam potestatem reuereri, nec ciuilem magistratum curare. Cùm enim uni eiq; supremo Christiani orbis præsuli sese opponant, in omnibus alios iniuriosi existunt. Sic illi de nobis: Malitiosè sanè ac falsò. Reueremur enim & sanctè colimus summum præsulem orbis Christiani, nempe Christum Iesum Seruatorem ac Deum nostrum. Sed & magistratum ciuilem multum curamus in omnibus quæ pietatem non uiolant: adeò ut etiam pro malo magistratu uota facienda esse fateamur. Alioqui certum habemus, Deo potius obediendum esse quàm hominibus, etiamsi mors oppetenda sit. Pontificem autem Romanum, mandataq; ipsius uerbo Dei repugnantia, ideo non curamus, quia ex Dei uerbo certo scimus, hunc ipsum esse insignem illum Antichristum, quem sacræ literæ nobis depingunt & fugere præcipiunt: id quod postea demonstrabimus & refutationem à Iebusiticis uespertilionibus expectabimus, si quid

VENTILATIO QUINTA.

DEhinc mendacij nos arguunt Iebusiti
cæ Claudiopolitani, nosq; in nos ip-
sos sententiam dicere aiunt, quod ex-
istimenter nos præscripsisse modum muta-
tiæ Calendarij, Cùm interim mutationem
factam Antichristi notâ esse dicamus. Nos
autem nequaquam consilio præscribendi
illa diximus scriptim: sed id solùm o-
stendere uoluimus, Si consensu totius Im-
perij aliarumq; prouinciarum eodem Ca-
lendario haetenus usarum, tali quapiam ra-
tione mutatae fuissent Calendæ: quoquo-
modo commodiores & faciliiores, nec tur-
bis tantis, nec mendacio implicatas fu-
turas fuisse. Interim admonuimus ne id
quidem magni momenti esse: eò quod ab
operosa curiosa'ue temporum obserua-
tione liberos esse Christianos aperte doceat

Gal. 4.10. Apostolus, dicens: Dies obseruatis, & men-
ses, & tempora & annos. Metuo de uobis
ne frustra fatigatus sim apud uos. Quæ cùm
ita sint, facile boni & candidi uiri intelli-
gunt, nos neque mentitos esse, nec sen-
tentiam in nosmetipsos dixisse, nec ad
Antichristi uexilla pertinere, uti pueri-
liter nostri Iebusitæ nugantur.

V E N A

VENTILATIO SEXTA.

Qværo ergo nunc ab eis, si adhuc fanteantur, hanc mutationem Calendarij à Pontifice factam, notam ac signum esse Antichristi? Sic ille quærerit. Nos uero quærenti respondemus: Esse notam Antichristi, & quidem Magni illius Antichristi, καὶ ἐξόλως sic dicti. Si enim in typo Antichristi: id est, in Monarchia siue Græca siue Romana, hæc nota extitit: necesse est etiam in antitypo: id est, in ipso Magno Antichristo multo euidentius eandem extare: siquidem typis antitypi succedunt, hiq; illis semper planiores magisq; perspicui sunt. Atqui hæc nota à Daniele posita extitit in typo: id est, partim in Antiocho Epiphane, qui abominationē intulit tēplo Ierosolymitano: partim in Monarchia Romanis: idq; trifaria: primò usurpādo s. Mach. 1. 57. sibi ius imperiale & sacerdotale simul: deinde cōstituendo sacros dies tū indigenis tum exoticis dijs: deniq; inducendo nouā Calendarij formā. Qui enim festos dies cōstituit memorię mortaliū festiuitate aliqua transigendos, is quodāmodo putat se posse mutare tēpora contra ordinationē Dei, qui sex diebus operari: septimum uero memoriae

memoriae creationis rerum omnium consecrari iussit. Ita etiam is putat se tempora mutare posse, qui nouam Calendarij ratione inducens, ut Iulius Cæsar fecit, principia anni alibi figit, quam ubi fixa habuerunt primi homines: quos constat ab equinoctio autumnali annorum initia duxisse: Eò quod tunc Mundus fuisset creatus: Secuti etiam tempore eodem pro instaurazione Mundi natum esse Messiam ex sacris literis perspicuè doceri potest. Atq; hoc est, quod Daniel de typo Antichristi & de ipso Antichristo, teste Ieronymo, fore predixit, ut uidelicet putet se etiam tempora mutare posse. His ita præmissis, necessariò iam conficitur, tum ordinationem dierum festorum pro celebranda memoria mortuum, tum mutationem Calendarij certissimam esse notam Magni illius Antichristi:

Ca: Constan- tinus Imper. quorum alterum cùm à multis iam seculis dist. 96. Romani Pontifices, Imperiale ac sacerdotale ius sibi usurpantes factitent: alterum uero ante triennium instituerint, & ad finem usq; Mundi forsan mordicus retinibunt: siquidem inuentionum suarum obseruantissimi esse solent: quis quæsto dubitare potest, Pótifices Romanos à multis iam seculis esse Magnum illum Antichristum?

Succes-

Successorum autem Magnum Antichristum Romanis Monarchis fuisse, ipse A. 2. Thess. 2. 6. postolus subindicit, inquiens: Nunc quid t. obstat nostis, ut is suo tempore retegatur. Iam enim peragit mysterium iniquitatis: Tantum qui nunc obstat, obstat, usque dum è medio sublatus fuerit: quæ uerba de Imperatoribus Romæ residentibus interpretati sunt iam olim Tertullianus, Chrysostomus, & Hieronymus, secuti Prophetiam Spiritus sancti in Apocalypsi expressam, quæ locum meretrici Babylonicae: id est, Magno illi Antichristo designavit urbem tunc septicollem dictam, quæ utique non nisi Roma esse potest. Ipsi autem Pontifices Romani ultrò confitentur se Imperatorum sedem Romæ occupasse. Sic enim scribunt (Causa 2. quæst. 1. cap. Futurem Ecclesiam) Constantinus primus fabricam templi primæ sedis beati Petri instituit, adeò ut sedem Imperialem relinqueret, & beato Petro successoribusque suis profuturam concederet: ubi glossa. Ergo imperium est apud Ecclesiam Romanam. Id ipsum clarius docet ementita donatio Constantini, ut est dist. 96. cap. Constantinus Imperator.

Sed quærat hic aliquis. Si Romana Monarchia

narchia fuit typus Antichristi Magni: Quāto prodest Julianum Calendarium retinere
prae nouo Gregoriano? Respondemus: Ni-
hil magnopere ijs, qui superstitionē, more
Romanensem, festorum dierum obserua-
tioni addicti sunt. Qui uero remota om-
ni superstitione, ideo tantum illud reti-
nent, ut quoquo modo initia & fines actio-
num aliorumque euentuum in uita notari
possint (uti nos facimus) hi certe tantum
differunt ab obseruatione Calendarij Gre-
goriani, quantum à tenebris lux, à nocte

Col. 2.16. dies. Notum enim est illud Apostoli: Ne-
mo uos iudicet ex parte diei festi. Quan-
quam haud scimus (si quid in his rebus mo-
menti esset) an optabile sit, initia annorum,
propter memoriam creationis Mundi &
nati reparatoris eiusdem, more primo-
rum hominum ab æquinoctio autumnali

Gal. 4.10. duci. At enim quia prohibemur dies, men-
ses, tempora & annos obseruare: his de-
rebus non usque adeò solliciti sumus: Con-
tentī interim diem Dominicū docendo
discendoque Verbo Dei impendere. So-
lennitatem etiam natalis Christi passionis,
resurrectionis, ascensionis & pentecostes
docendo discendoq; Verbum Dei sine su-
perstitione consumimus. Gregorianum au-

tem

tem Calendariū idēo refugimus: quia prohibemur Characterem Magnæ meretricis amplecti: Cū sciamus illud potissimum propter superstitionem Paschatis aliorumque festorum obseruationem repertum esse. Sed egregiam Paschatis ad Nicena tempora reductionem quippe interdū tertio, interdum quarto interdū altero quolibet anno cū Paschate ueteris computi seu Calendarij perpetuō concurret.

Iam & hoc quærat aliquis, Quid de repurgatis uoce Euangelij Ecclesijs, quę Gregorianum Calendarium inuitæ receperūt, sentiamus: Nos uero id ipsum, quod de captiuis, quibus compedes iniiciuntur, quas illi sic gestant, ut si possint, libenter depone uelint, consecuti id uel precio uel figura, uel quo quis alio modo. Interea, quia ab inuitis gestandæ sunt, animo forti sentuntur.

VENTILATIO SEPTIMA.

Quod ergo illud ius est, quod Antichristus sibi usurpabit? Arbitror aliud non esse, nisi libertatem uiolandi & abolendi dies festos, qui ubique locorum apud Christianos & Catholicos magna cum religione obseruari consueuerūt.

Cc 2 Hæc

Apocal. 14.

11.

Apoc. 18.4.

Hæc egregius ille arbiter, Apostolicè scilicet & uerè Catholice. Qui si tunc, cùm hæc scriberet, mandati Apostolici meminisset, præcipientis, Ne quis fideles damnet respectu diei festi: credimus equidem, nihil minus ipsi in mentem uenisset, quām tales ineptias cumulare. Illos enim festos dies, quos per paucos obseruationi diei Dominicæ pia antiquitas sine superstitione adiecerat, à nobis quoque obseruari, ne iste quidem Arbitrarius ignorat. Quos ergo dies festos à nobis negligi deplorat miser? Nempe eos ipsos, quos longa Paparum caterua, iure uidelicet Magni Antichristi, introduxit, propter honorandos sanctos suos: quos tanto iam numero adauxit, ut, si unus annus mille diebus constaret, uix tam singuli dies singulis sanctis colendis sufficere possent, quandoquidem non ignotum est, ut Missales libri & Calendaria Romana testantur, compluribus sanctis singularibus penè dies totius anni destinatos esse: quos certè nos, ut pote statuta Magni Antichristi, ne tantillum quidem curamus: memores illius: Sex diebus operabis, & facies omne opus tuum, &c.

VEN-

VENTILATIO OCTAVA.

Si enim uerū est, ut Apostolus testatur, 2. Thess. 2.
 quod Antichristus se ipsum elatus sit
 supra omne quod dicitur Deus, aut
 quod colitur, nonne etiam consequens est,
 quod totum diuinum cultum aliò transfe-
 ret? Ad cultum autem Christianum perti-
 ner festorum certis quibusdam anni die-
 bus obseruatio: quæ ipse omnino abroga-
 bit, & alia in eorum locum profana & abo-
 minanda festa pro arbitrio suo substituet.
 Atque hoc ut facilius perficere possit, egre-
 giè noui illi Euangelici ei uiam iam præ-
 munierunt. Hæc ille. Egregius scilicet Ar-
 biter, & loci Paulini interpres eximus, di-
 gnis quem in sinu atque oculis gestet tota
 Hungaria & Transyluania. Quis enim un-
 quam putasset, Paulo Apostolo, Deum &
 numen siue *οὐρανός*, idem significare quod
 cultum diebus festis obseruari solitum? Et
 cui unquam in mentem uenisset, Efferre se
 supra Deum & supra omne numen, idem
 esse, quod abrogare dies festos à Pontifici-
 bus Romanis magna superstitione intro-
 ductos? Huncine talem arbitrum & inter-
 pretem Vespertilionem in tenebris tecta
 circumuolantem dixeris, & non potius al-

tissimè subiectam in ipso meridie aquilam
rectâ solem intuentem? Sed à iocis ad seria
ueniamus. Audite igitur Vespertilio[n]es
Claudiopolitani, animoq[ue] diligenter atté-
dite, & si potestis, aperite oculos métis, ut
uideatis lucem ueritatis.

3. Thes 2,4. Vbi Paulus Apostolus, imò per hunc Spi-
ritus sanctus dicit: Homo sceleratus, filius
perditionis: id est, Magnus ille Antichri-
stus sese opponit & effert aduersus sive su-
pra omne quod dicitur Deus aut numen,
adeò ut in templo Dei tanquam Deus se-
deat, præ se ferens, se esse Deum: non po-
test hic nomen Dei & numinis nisi ea si-
gnificatione accipi, qua sacræ Scripturæ u-
titatum est. Atqui Scriptura sacra nomine
Dei & numinis potissimum significat, pri-
mò æternum creatorem Mundi, secundò
Magistratus ciuiles. Quidam dicunt etiam
cultum diuinum. Sed id in Scriptura sacra
non est: quanquam neque hoc ab instituto
nostro prorsus repudiauerimus.

Proinde si perspicuè docebimus, Ponti-
fices Romanos à multis iam seculis, secun-
dum positas significationes Dei & numi-
nis, sese opponere & efferre aduersus om-
ne quod dicitur Deus aut numen, ita ut in
templo Dei sedēant tanquam Deus, præ se
ferentes

ferentes se esse Deum: consequetur haud dubie, Pontifices Romanos à multis iam seculis esse illum ipsum Magnum Antichristum in sacris literis descriptū. Hoc ipsum ergo agamus: utque res perspicua & plana fiat, totam ipsam syllogismis apodicticis conficiamus.

Apodixis prima.

Quicunque homo maiores sibi honores externos in Mundo usurpat, quàm summi testimonio Dei Mundi Magistratus, qui dij nominantur & quàm Christus uerus Deus in statu uisibili existens sibi usurpauit: is omni dubio procul effert se supra id quod dicitur Deus aut numen. Pontifices Romani à multis iam seculis maiores sibi honores externos usurpant, quàm summi Magistratus usurpant, & quàm Christus æternus Deus in statu uisibili existens sibi usurpauit. Nulli enim Monarchæ Mundi, nulli reges aut principes hoc unquam fecerunt, ut in publicum prodeuentes coegerint homines procidere in genua seque adorare: neq; Christus Seruator in terris existens unquam id fecit. Pontifices autem Romani iampridem id factitant. Progressi enim aut lecticis in publicū portati, præ-

conio clamari faciunt, ABASSO, ABASSO: id est, procidite ad genua, procidite ad genua. Secus uero facere deprehensi, mox fustes satellitum Papæ sentiunt. Deinde triplicem auream coronam neque monarchæ neque Christus unquam gestauit. Nili quod Indi Calecutini, teste Munstero Cosmographo, similem coronam capiti Cacodæmonis, quem adorant, appingunt, &c. Ergo Pontifices Romani à multis iam seculis supra id quod dicitur Deus aut nomen sese efferunt.

Apodixis secunda.

Quicunque homo contra ius naturale & contra præcepta Apostolica dispensat, is contra præcepta æterni Dei dispensat, ac proinde supra Deum ac numē sele effert opponitque Pontifices Romani à multis iam seculis ius dispensandi contra ius naturale & contra Apostolum sibi usurpant, id quod ipsimet suis Decretalibus testantur. Causa 15. quæst. 6. his uerbis: Papa contra ius naturale potest dispensare. Et ibidem: Papa contra Apostolum dispensat. Et in Summa Angelica ad uocem, Papa: Papa potest limitare & distinguere ius diuinum: Ergo

Ergo Pontifices Romani contra præcepta
æterni Dei dispensantes supra Deum ac nu-
men sese efferunt opponuntq;.

Apodixis tertia.

Quicunque homo præcepta æterni Dei
abrogat, contrariaque illis fieri præcepit, is
aduersus æternum Deum ac numen sese
efferit opponitq; Pontifices Romani iam-
pridem secundum in Decalogo præceptū
Dei ex ordine reliquorum exturbando, &
decimum miserè discerpendo, abrogarūt,
id quod uarij ipsorum libri, præsertim ue-
rō Catechetici testantur. Quippe constat
ex sacris literis, ex Iosepho, Philone, Na- *Ios. lib. 3. ca.*
zianzeno, Chrysostomo, ceterisque ortho- *4. Antiq.*
doxis Patribus, secundum Decalogi præ-
ceptum esse hoc: Non facies tibi ullū scul-
ptile, nec ullam similitudinem, non incur-
uabis te eis, neque coles ea, &c. Atqui con-
trarium huic præcepto ex statutis Roma-
norum Pontificum est, quod omnia ipso-
rum tempa idolis & imaginibus infinitis,
quibus se homines incuruant & cultum
religionis ergo præstant, resertissima sunt.
Sed & contra illud: Cui assimilabitis Deū?
& quam similitudinem disponetis ei? Ro- *Esa. 40. 18.*
manenses Deum Patrem formā uiri barba- *Aet. 17. 29.*

ti adorandum sculpunt & pingunt. Pontifices igitur Romani iampridem aduersus æternum Deum ac numen sese effeſerūt opponuntq;

Apodixis quarta.

Quicunq; homo iudicio mortalium hominum se suasq; actiones eximit, is maiorem se facit eo, qui se suasq; actiones iudicio mortalium hominum submittit. Pontifices Romani iampridem iudicio mortaliū hominū se suasq; actiones exērunt, uti ipsimet testantur, Dist. 40. Cap. Si Papa: ubi glossa: Papa à nemine potest iudicari. Item: Causa 12. q. 2. cap. Non licet: ubi glossa: Papam nullus mortalium iudicare potest. Deus autē æternus, se suasq; actiones iudicio mortalium hominum subiicit, uti scriptum est, Esa. 1. v. 18. Esa. 5. v. 3. 4. Ergo Pontifices Romani iampridem maiores se faciunt Deo æterno, ac proinde aduersus Deum ac numen sese effeſerunt opponuntq; quod demonstrasse oportuit.

Deinceps paucis monſtrabimus (breuitati enim de industria studemus) Pontifices Romanos iampridem prē ſe ferre, ſe eſſe Deum, ac proinde ſe æterno Deo exæquasse ac etiamnum exæquare.

Apote

Apodixis quinta.

Quicunq; statuta sua mandatis Dei exæquat, idem se ipsum Deo exæquat. Pontifices Romani statuta sua mandatis Dei exæquant, Distinct. 19. his Verbis: Sic omnes sanctiones Apostaticæ, Apostolicæ dictum uoluimus sedis accipiendæ sunt tanquam ipsius diuina uoce Petri firmatæ, &c. Ergo Pontifices Romani sese Deo exæquant.

Apodixis sexta.

Quicunq; homo sibi subijcit (quantū in se est) omnem humanam creaturam, is Deo se exæquat. Cui enim omnis creatura humana subest, nisi Deo? Pontifices autem Romani iampridem id faciunt. Sic enim tonat ipsorum Canon: Porrò subesse Romano Pontifici omnem humanam creaturā declaramus, dicimus, definimus & pronunciamus omnino esse de necessitate salutis. Ergo Pontifices Romani Deo sese exæquant.

*Extradig.
de maior
cap. 1.*

Apodixis septima.

Quicunq; homo sibi usurpat ius transfe-rendi & constituendi regna siue Imperia, is Deo

Deo sese exæquat. Solius enim Dei proprium est auferre reges & constituere reges. Pontifices Romani iampridem id sibi usurpant, uti scriptum est, dist. 22. ubi glossa. Papa habens utrumque gladium transfuit Imperium. Et distinct. 96. cap. Cum ad uerum: ubi glossa: Papa deponit Imperatorem. Ibidem, Cap. Si Imper. ubi glossa: Papa transfutlit Imperium. Itē Extr. de Elect. Venerab. Papa transferre potest Imperiū. Item Causa 15. quæst. 6. ca. Alius. Et Causa 12. quæst. 1. ca. Futuram Eccles. ubi glossa: Imperium est apud Ecclesiam Romanam, &c. Ergo Pontifices Romani se Deo exequant.

Apodixis octaua.

Quicunq; sibi uendicant hunc titulum, quòd sint Caput Ecclesiæ, sponsus Ecclesiæ, Summus Sacerdos: is Christo æterno Deo sese exæquat. Hæc n. sacra Scriptura soli Christo tribuit. Eph. 1. 22. Col. 1. 22. Ioh. 3. 29. Eph. 5. 23. Esa. 65. 5. Heb. 4. 14. 15. Heb. 7. 26. &c. Pontifices Romani iampridé omnia ista sibi uendicant. Ergo ijdem Christo æterno Deo sese exæquant, atque ita præ se ferunt se esse

Deum.

Apodi-

Apodixis nona.

Quicunque caput totius Mundi, Causa causarum, & Dominus dominantium esse dicitur, is proculdubio æterno Deo exæquatur. Pontifices Romani iam pridem id ipsum esse dicuntur, ut in libris suis testantur Iohannes de Turre cremata & Felinus passim. Ergo Pontifices Romani iam pridem æterno Deo exæquantur.

Apodixis decima.

Quicunque homo existens nomen Dei sibi usurpat, & quidem sic, ut negetur esse homo & dicatur esse caput totius Mundi causa causarum, dominus dominantium, supra omnem humanam creaturā elatus, habens ius transferendi Imperia, &c. is omni dubio procul uero & æterno Deo exæquatur, & palam præ se fert se esse Deum. Atqui Pótifices Romani à multis iam seculis, cùm homines quidem sint, nomen tam Dei sibi usurpant, ut est dist. 96. ca. Satis euidenter, & sæpe alias: ac id quidem sic ut negentur esse homines, ut est in sexto decret. cap. 17. ubi glossa: Papa non est homo: qui idem dicitur etiam esse caput totius Mundi, causa causarum, dominus dominan-

minantium, elatus supra omnem creaturā
humanam & ius transferendi Imperia sibi
uendicans, ut iam monstratum est. Ergo
Pontifices Romani à multis iam seculis ue-
ro & æterno Deo exæquantur, ac proinde
præ se ferunt se esse Deum: quod demon-
strasse oportuit. Hactenus credimus sa-
tis demonstratum esse, Pótifices Romanos
iam pridem præ se ferre, quod sint Deus
quodq; supra omne, quod in sacris literis
dicitur Deus aut numen, sese extulerint.
Nunc obiter declaremus, etiam secundum
illam significationem Dei & numinis, quā
Vespertilio ille stridit, Papas efferre sese su-
pra Deum ac numen: id est, supra cultum
Dei. Ad sincerum cultum Dei pertinet, Nul-
las facere statuas aut imagines religioso
cultu colendas. Atqui Papa cum suis refer-
tissima habet templa eiusmodi idolis? Ad
sincerum Dei cultum spectat: Solum Do-
minus Deum adorare eiq; seruire. Atqui
Papa cum suis religiosam adorationem &
seruiturem, partim in se ipsos, dum se ado-
rari faciunt, partim in demortuos sanctos
ipsorumq; confictas reliquias, partim in a-
bominanda idola sua transtulerunt. Ad
sincerum Dei cultum pertinet, Eucaristia
stiam ab omnibus CHRISTIANIS ita u-
surpari

surpari sicut Christus Deus instituit. Atqui Papæ cum suis Spiritualibus poculum fibi solis retinent, & totam Eucharistiam in idolatriam conuertunt, dum & adorandum præbent, & hanc soli sacrificuli subinde usurpant, eamque pro uiuis & mortuis conficiunt, totam item Missam pro sceleratissimis etiam nebulonibus demurmurant, dummodo sacrum numerent nummum. An non hoc est cultum Dei aliò transferre, quām Deus instituit? Denique nullum est sacrum, quod non uendant Romanenses: Cœlum etiam ipsum, quo idēo carebunt, quia uendiderunt, quamvis nemini tradant: Verè nanque Poëta quidem dicit:

*Quod quis enim uendit nullo pōst iure tenebit.
Sed de his satis. Addamus iam duo corollaria & Coronidem imponamus.*

Apodixis undecima.

Magnus ille Antichristus, homo sceleratus, filius perditionis faciens apostasiam siue defectionem, sedet in téplo Dei tanquā Deus, præ se ferens, se esse Deum, immo opponens & efférēs se aduersus omnē id quod dicitur Deus aut numen. Ac templum quidē Dei, Phrasī Paulina, signifcat

GREGOR. CALENDARII
ficit ipsam Ecclesiam, ut patet ex 1. Corint.
1.16.1. Cor.6.19.2. Cor.6.16. Eph.2.21.22. Se-
dere autem hic significat ordinaria uoca-
tione, ratione externi status, more iudicū
& Principum potestatem iudicandi & gu-
bernandi alios sibi uendicare ac retinere:
qua significatione uerbum sedendi sāpē in
sacris literis usurpatur passim. Iam uero
cui ignotum esse potest? Pontifices Roma-
nos à multis iam seculis Cathedram Petri
& sedem Apostolicam perpetuò iactare, i-
psosque in templo Dei: id est, in Ecclesia
Catholica iudices omnium à nemine iudi-
candos sedere tanquam Deum, præ se fe-
rentes se esse Deum: atque adeò efferentes
& opposentes sese aduersus omne quod
dicitur Deus & numen. Quæ cùm ita se ha-
beant, an non necessariò consequitur, Pon-
tifices Romanos à multis iam seculis esse
ipsissimum illum Magnum Antichristum,
hominem sceleratum, filium perditionis,
uerbo Dei descriptum: ac proinde sinceris
Christianis tum ipsum, tum statuta ipsius
maxime fugenda esse?

Quod autem hoc loco quidam Pontifi-
cij, Templum Dei, de lapideo templo Je-
rosolymitano dictum esse, persuadere uo-
lunt, id multis rationibus uanum & nuga-
torium

torium esse declaramus. Primum quia iam olim illud euersum est. Deinde notum est zozom. lib.
quo id successu Iudæi permisso Iuliani in- s. cap. 22.
staurare studuerint. Tum Propheta Hag-
gæus, de secundi tantum, non etiam de ter-
tij alicuius templi gloria per Christum
adducenda uaticinatus est. Denique cer-
tum est nunquam instauratum iri : tum
quia sacrificia secundum prophetiam Da-
nielis Christo exhibito finem sortita sunt:
rum quia omnes typi (typus autem fuit i- Dan. 9. 27.
psum etiam templum) in Christo esse de-
sierunt.

Apodixis duodecima.

Magnus ille Antichristus sedet in tem-
plo Dei tanquam Deus, ebrius sanguine
sanctorum & martyrum Iesu Christi, estque
magna meretrix & mater scortationum ac
abominationum, cum qua scortantur re-
ges terre, amicta purpura & cocco, & inau-
rata auro, & lapidibus preciosis, & margar-
itis, habens poculum aureum in manu
sua, plenum abominationibus & immuni-
dicia scortationis suæ, sedens in Vibe se-
pticolli, quæ olim regnum habuit super
reges terræ. Apocalyp. 17. versibus 1. 4. 5. 6.
9. 18. Pontifices Romani à multis iam secu-

D d lis

404 GRÈGOR. CALENDARII
lis cum uniuersa colluuie sua , sedent in
Templo: id est, in Ecclesia tanquam Deus:
distinct. 96. ca. Satis evidenter. Idemque
ebrij sunt sanguine sanctorum & marty-
rum Iesu Christi , quod satis testantur per-
secutiones & neces illaræ , olim Valden-
sibus & hodie Hugonotis in Gallia, Vi-
clefianis in Anglia, Hussitis in Bohemia,
Euangelicis in tota Europa. Præterea ijj-
dem sunt magna illa meretrix & mater
scortationum abominationumque terræ:
idque tum spiritualiter , tum corporali-
ter. Spiritualiter siquidem, quia deficien-
tes ipsi aliosque seducentes à uero spon-
so Ecclesiæ Christo Deo , honorem Chri-
sto debitum, partim in se ipsos Pontifices,
partim in idola & sanctos demortuos (si ta-
men sancti esse possunt quos Papæ san-
ctos esse declarant) ratione mediationis,
invocationis, uenerationis & duliæ cul-
Esa. 1. tūsue transtulerunt quod certè sacra Scri-
ptura scortationem & abominationem uo-
cat, idque tum re ipsa, tum libris infini-
tis ita esse testantur Pontificij. Corporali-
ter autem id ipsum sunt multipliciter. Pri-
mùm enim Papa Iohanna nona re ipsa scor-
tum & meretrix fuit (sanctum scilicet ca-
put & lumen Ecclesiæ) & in ipsa procel-
sione

Anno D.

954.

sione in via inter Colosseum & S. Clementis facellum Romæ peperit, pariensque interiorit, ut scriptor Catholicus Platina, ceterique eiusdem monetæ historici testantur. Deinde Pontifices ipsi, Cardinales, Episcopi cū tota colluuiet sua manifesti sunt scrotatores, adeò ut uix millesimum reperias, qui castus dici queat. Atq; hanc licentiam habent ex permissione Clementis, Petri Apostoli (si Deo placet) successoris, qui (ut est causa 12. quæst. i. ca. Dilectissimi) ex Platone coniugum sive uxorum communionem astruit. Ait enim: Amicorum communia esse debere omnia: In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges. Et quamuis glossa dicat, non quod ad usum carnis, sed quo ad usum obsequij, uel quo ad dilectionem: tamen apparer talem glossam & coactam & ambiguam esse: Cùm ei aëris & splendoris Solis similitudo in textu posita contraueniat, & ibidem glossa communionem esse dicat aërem quo ad usum. Denique quod simpliciter ratione Venereæ libidinis & fœditatis communionem mulierum astruunt Romanenses, testatur non solum id quod est distinct. 82. Canon. Quia aliquanti, ubi disertè sic scribitur: Fornicationis causa hodie nemo est depo-

nendus: Sed etiam res ipsa, & oculi omnium penè hominum testantur. Nónne enim apertè concubinas (id est scorta) alunt istorum plurimi? An non subinde lupanaria uisitant? An non maritatis etiam abutuntur? An non multas uitiant Virgines? Detur unum Capitulum, unum monasterium, una ciuitas, unus pagus sub Papatu, ubi id impunè non liceat fiatque. Quid? Nónne manifestè scripserunt Phigius, Ecclius, Ioachimus Perionius, melius esse uxores Laicorum à Spuriis (à Spiritualibus dictum uoluimus) istis uiolari, quām uxorem ducere? Neque uero ipso spiritualibus tantum ita fœdè uiuunt, Sed etiam cuius liberum permittunt. Vbi enim plura sunt lupanaria, quām in ijs ipsis Vibibus, ubi Romana sancta scilicet uiget religio? Quid porrò autem? Num ignotum est, Papam Romæ annuatim censum percipere à meretricibus, lupis, prostibulis, alicrijs, scortis, quæ longissimam quandam incolunt plateam, in qua uix ulli æquè crebro, ac sacerdotes, canonici, cæterique istorum Spuriales conspiciuntur. O' Icelera, ô Catharmata Mundi: Ecquando esse desinetis? An non Venetijs plus minus sexaginta millia scortorum quo quis tempore numerari

numērari possunt? Ad hæc, Nónne Iohannes xiiii. huius nominis Papa duas sorores, plurimas uiduas & uirgines stupravit? Nónne idem ex æde S. Iohannis Late-
ranensis publicum lupanar fecit? qui &
Diabolo sacrificauit & eundem in lusu a-
leæ inuocauit, & denique in adulterio ut
Canis confossum est, Sanctissimus scilicet
Pater Dominus uester. Nónne Alexander
Sextus nominis huius Papa cum filia rem
habuit, teste Poëta Sanazario? Nónne So-
domitæ fuerunt, Sixtus quartus, Julius Se-
cundus & plures alij Papæ Sanctissimi?
Quid uerbis opus est? Domestica exempla-
nos docent, quām casti sint Episcopi, Præ-
positi, Prælati, Canonici & similes Roma-
nenses. Et dubitabimus adhuc Romanam
Ecclesiam cum suo capite esse Magnā me-
reticem, matrem ac fontem scortationum
& abominationum terræ?

Quid uero amplius? Nónne Pontifices
Romani amicti sunt purpura & coco, au-
ro & lapidibus preciosis & margaritis?
Nónne uniuersum imperiale habitum si-
bi uendicant? ut est in conficta Constanti-
ni donatione, distinct. 96. ca. Constantinus
Imper. Nónne id ipsum testantur ornatus,
calulæ, stolæ & rotus missalis ille plus quā

D d 3 mere-

Luitpræs.

lib. 6. Item

Marius. Nau

clerus, &c.

meretricius habitus, plerumq; auro, argento, purpura,occo, gēmis margaritisq; in urbibus præsertim & passim instructus.

Præterea, nōnne Pontifices ceteriq; Romanenses, à multis iam seculis aureum poculum in manu : id est, in potestate sua habent? Laicos siquidem iam dudum ista spoliarunt. Istud autem poculum, nōnne plenum est abominatione & immundicia scortationis spiritualis? Hoc enim poculum in honorem sanctorum, pro uiuis & mortuis, pro expiatione peccatorum sacrificia missæ omnia celebrantur: Cūm tamen unicum sit Christi Seruatoris sacrificium peccata Mundi expians.

Deniq; Nōnne caput Romanæ Ecclesiæ Papa, à multis iam seculis in Vrbe Septicollis quæ olim regnum habuit super reges terræ, cum bona parte cateruæ suæ resideret? Hæc enim est Vrbs illa, ut Poëtæ dicunt: *Septem quæ una sibi muro circumdedit arces, Et quæ montibus è septem totum circumspicit Orbem, & quæ, teste Varrone, Septicollis dicta fuit.* Sin aliter : age ostendant nobis boni Iesuitæ, aliam in toto Orbe terrarum Vrbem, quæ eo tempore, quo Apocalypsis scripta est Septicollis dicta fuerit & coronabimus illos. Ex quo & il-

z. Georg.

Varr. lib. 1., cit Orbem, & quæ, teste Varrone, Septicollis dicta fuit. Sin aliter : age ostendant nobis boni Iesuitæ, aliam in toto Orbe terrarum Vrbem, quæ eo tempore, quo Apocalypsis scripta est Septicollis dicta fuerit & coronabimus illos. Ex quo & il-

Iud intelligunt, mentiri se, cùm dicunt, Antichristum illum magnum Ierosolymis, in lapideo templo Dei, aut Babylone fessum esse: quas urbes nec dictas, nec reuera septicolles esse exploratum est.

Cùm igitur Pontifices Romani cum universa colluuie sua à multis iam seculis in templo Dei sedeant tanquam Deus: cùm sanguine martyrum Iesu Christi ebrij sint: cùm sint magna illa meretrix, mater scorlationum & abominationum terræ, amicta purpura & cocco & inaurata auro, & lapidibus preciosis & margaritis: cùm habeant poculum aureum in manu sua plenum abominationibus & immūdicia scorlationis suæ: cùm denique in Vrbe septicollis resideant, ita uti Spiritus sanctus futurum prædictit: Ecquis obsecro mortaliū erit amplius, qui adhuc dubitet, Pontifices Romanos à multis iam seculis esse ipsissimum illum Magnum Antichristum prædictione Spiritus sancti tam perspicue delineatum descriptumque? Nos quidem certò affirmamus ex Dei uerbo, Quam certum est manè solem oriri, uesperi occidere: tam certum esse, Romæ iam pridein Magnum illum Antichristum sedere.

Ite nunc Vespertiliones Claudiopolitani, & sanctissimo domino uestro, domino Papæ Romæ sedenti pedes exosculamini: Ite & significate illi, istos in Hungaria Euangelicos, simulatq; balbutire cœperunt, loquela ac uocem ipsos manifestos reddere, quām sapientiæ omnino nihil, quām parum cerebri, quām multum stoliditatis habeant, quām omnis ferè bonæ ac honestæ disciplinæ expertes, quām ueritatis offores existat, quām Antichristo neglectio ne dierum festorum, quos sanctissimi Pa pæ adiuenerunt, uiam præmuniunt.

Imò uero, remotis iocis, aperite oculos mentis uestræ & agnoscite, uos uerissimè esse satellites, stramineis baculis potentia Magni illius Antichristi frustra propugnatētes. Quod si iam cernitis, quid obstat quo minus in uiam redeatis? Ea propter enim hæc & uerbosiùs & acriùs, non tam contra uos, quām ad uos scribere uisum est: ut de serto Antichristo & Pleudo Deo illo Ro mæ residente, ad Christum uerum Deum, supra omnes cœlos gloriōsè regnantem in omnem creaturam, uos couertatis, atque ita unà nobiscum hic & in uita æterna, que illuc ubi nunc Christus Seruator corporali præsentia est, electis Dei præparata est, ip sum

sum sincerè laudare & celebrare possitis:
quod ut fiat, nos quidem toto pectore &
ex animo optamus, & dante Deo, ita fore,
benè speramus. Atq; hinc uidetis ut puta-
mus. Nos hoc modo benedicere uobis, qui
nobis maledicitis: Orare pro uobis Deum,
ut uos conuertat, qui nos calumniamini,
& suo modo etiam persequimini. Interea
iustæ reprehensioni & uehementiæ no-
stræ, speramus uos libenter ueniam datu-
tos esse.

VENTILATIO NONA.

QVINTÒ, Summa eorum perspicitur in. " gratitudo in eos à quibus haud nul- " gari beneficio nuper affecti fuere. Ip- " si enim in titulo libelli apertè fatentur, se " Ephemerides suas ex M. Petri Slouacij Cra " couiensis Academiæ Astrologi Ephemer- " de transsumpsisse. Hæc ille: quæ cùm scri- " beret, sobrium tunc fuisse quis credat? Si e- " nim fatemur, ut sanè fatemur, nos quedam " ex M. Slouacij Ephemeride transtulisse: " quo iure nos ingratitudinis reos agit? Cū " agnoscere & profiteri acceptum benefi- " cium sit uel præcipua pars gratitudinis, " qua & Deus & uiti præstante, uel solâ ma- " gis contenti sunt, quām victimis aut dona-

rijs multis. Porro si uocem Ephemeridos accipit pro libro, in quo diurnales prædictiones connotantur: facile condonamus: Sin Ephemeridas intelligit totam digestionem & conformatiōnēm libelli diarij, in quo acta diurna, Phases Lunæ, menses, septimanæ, dies festi & profesti, cæteraque eiusmodi more usitato consignantur disponunturque, in eo, magnopere fallitur & faliit Vespertilio ille: Cūm Dei beneficio id uel adolescentes in scholis nostris ex Computica & sphærica doctrina p̄stare possint.

VENTILATIO DECIMA.

VNde liquido cōstat eos nequaquam
præcognituros fuisse, non dicam remoto
ac incertos futurū tempore
rū euentus, sed etiam quid hodierni diei
serus uesper secum sit asportaturus (appor-
taturus forsitan dicere uoluit) si non habui-
sent nostræ religionis ac fidei præeuntem
Astrologū, qui eis tanquā cæcis & palpan-
tibus facē ac manū præbuisset: quæ n. est
anus tam præлага rerum futurarum, quæ
eos docere potuisset, &c. Sic ille, rabulam
potius quam uirum bonum agens. Quid
enim? Istéue Vespertilio, aut quisquam A-
strologus, statim manè exorto sole omnia
acutissimè prospicere potest, quæ serus ue-
spet

sper apportet? Cùm prouerbio dicatur: Ne-
scis quid serus uesper uehat, & uel inter ca-
licem supremaq; labra improvisa multa e-
ueniant. Tantum abest, ut quisquá lóge ante-
quam fieri incipiunt, futura cōtingentia
certo p̄escire ac p̄edicere queat. Nos qđē
rēpestatum, electionū, terraq; nascéorum
cōiecturam, Petro Slouacio ingenuè acce-
ptam tulimus: ne quis sinceroris doctrinæ
amator putaret esse in Hungaria, qui uanas
& incertas futurorum contingentium p̄rä-
dictiones, more Astrologorum, conseſte-
tur, quām cōiecturam in nostram Epheme-
tidem transtulimus, non sanè ideò, quòd
putaremus futura contingentia certò p̄rä-
dici posse, cū ipse etiā Slouacius tantū di-
cat esse coniecturā, quæ utiq; incerta ex si-
gnis notitia est, ut facilè uideas & ipsum
certi nihil audere polliceri: Sed partim ut
cōsuetudini aliquid daretur: Partim uero,
& p̄cipue quidē, ut sapiētes & cordati ui-
ri experiētia obſeruarent, quā nihil certi in
eiusmodi p̄dictionib. sit, cū plerunq; cō-
traria aut diuersa p̄dictis eueniāt. Quis n.
credat, posse Astrologos istos Planetarios
futura cōtingentia, quę p̄priè sic dicuntur,
ex erectione figuræ cœli certo p̄noscere ac
p̄dicere posse? Verū ac uerū est illud: *τὸ μίμων*

ἐὰν φαδεῖται Item : οἱ θυροὶ τιλόμενοι, τὸ δὲ αὐτὸν
ποτοφάγοι. Putant sanè multi futura contingentia certò præsciri posse: & Claudiopolitani Vespertilio[n]es id ipsum putant. Nos autem cùm hos, tum, quosuis alias certis & perspicuis rationibus docebimus, Futura contingentia, quæ propriè sic vocantur, à nullo mortalium, antè quam causæ ipsorum propinquæ in actu sint, certò prænosciri ac prædicti posse, nisi peculiari patefactione diuina reuelentur. Hanc sententiā nō deponemus, nisi cùm uerè & solidè nostra argumenta refutata uiderimus, quæ sic habent.

I.

Solus æternus Deus uerè & certò longè antequam fieri incipiunt futura contingentia nouit: ut sunt pax, bellum, copia penuriaue rerum, pestis, mors morbusq; alius determinatus, diuitiae, paupertas, eruditio, pluuvia, serenitas, tempestas & similia certo tempore aut loco determinata. Genes. 41. 16. Esa. 42. 9. Daniel 2. 22. Eccles. 11. 45. Atqui nullus homo, nullusq; Astrologus est æternus Deus. Ergo nec homo, nec Astrologus ullus longè antequam fieri incipiunt uerè & certò nouit futura contingentia.

Nulla

II.

Nulla futura contingentia propriè sic dicta, antequam fieri incipiunt, uel arte uel certa scientia hominum comprehendendi possunt. Euentus rerum, quibus prædicendis Astrologi occupantur, omnes sunt propriè dicta futura contingentia. Ecclipses autem & certum planetarum situm, propriè dicendo, nō Astrologi, sed Astronomi certò praescire ac prædicere possunt. Proinde euentus rerum, quibus prædicendis Astrologi occupantur, nec arte nec scientia certa comprehendendi possunt, ideoq; neq; præscientia, neq; prædictione certa.

III.

Certas enunciationes, nisi sint principia notissima, ut sciantur, demonstrari necesse est. At qui enunciationes de futuris contingentibus, antè quam fieri incipient, demonstrari impossibile est: Cùm nec arte, nec scientia comprehendantur ulla. Ergo easdem certas esse impotabile est.

IV.

Quorum certitudo est impossibilis hominibus, ea nullo modo certo scire, praesciri, prædicti possunt. Enunciatorum de futuris

turis contingentibus certitudo est impossibilis hominibus: quia nullo modo demistrari queunt. Ergo enunciata de futuris contingentibus certo sciri, praesciri, praedici nulla ratione queunt.

V.

Ex incertis principijs, nihil certi sciri, praedici potest. Astrologorū principia sunt incerta. Erectionem enim figuræ cœli, ex qua futura contingentia colligunt, alij aliam tradunt: Sic ut eadem cœli spacia in diuersas domos cadere contingat. Deinde planetæ, quorum motum illi potissimum spectant, nunquam ad eundem inter se statum perueniunt, ut ex multis memorij similium euentorum experientia, & ex longa experientia firmissima principia constitui potuissent. Vnde fit, ut, sicuti nunquam ad præteritas facies cœli future accommodari queant: ita præteritis euentibus contingentibus futuri euentus omni ex parte similes esse non possint. Quæ enim causa eundem statum nunquam habet, eadem similes effectus, non dico multos, sed ne duos quidem, producere unquam potest, ut ratione præteriorū futura certo determinari causarū similitudine possint. Quæcum ita sint, consequitur necessariò,

ex.

ex Astrologorum principijs, si tamen principia dici merentur, nihil certi sciri, præscri-
ri, prædici, posse.

VI.

Quodcunq; principium nulla omnino idonea ratione doceri potest, ut pro certo affirmetur, id incertū esse necesse est. Atqui Astrologorum principia in constitutione domorum cœli talia sunt. Etenim contiguæ domus, quinta & sexta cur contrarijs eventibus producendis significan disūe dārē sint: Cūm quinta bonam fortunam, sexta malam fortunam habere dicatur: itē cur mortis octaua potius, quam primas: & uitæ prima potius, quam octaua uel quævis alia significationem habeat nulla omnino idonea ratione dōceri potest. Ergo principia Astrologorum incerta esse necesse est, ac proinde longè incertiora ea quæ ex illis coniecturâ colliguntur.

VII.

Quod sapientiores Philosophi in sciencij naturalibus certum esse demonstrare non potuerunt, id minus sapientes demonstrare posse incredibile est. Atqui sapientiores Philosophi ut Socrates, Plato, Aristotle & ceteri prædictionem futurorum

contin.

contingentium ex motu cœli certam esse
nunquam potuerunt demonstrare. Ergo
minus sapientes quales sunt nostri Astro-
logi & quiuis alii, futurorum contingentium
prædictiones certas esse, demonstrare pos-
se incredibile est.

VIII.

Nunquam ex causis remotis de futuro
effectu causæ propinquæ nondum agentis
certi aliquid ab hominibus pronunciari
potest. Atqui astra & planetæ sunt causæ
remotæ, elementa & uoluntates hominū
causæ propinquæ futurorum contingentium
in terris. Ergo ex astris & certo situ
planetarū de futuris contingentibus, cau-
sis propinquis nondum agentibus, certi a-
liquid ab hominibus pronunciare non
potest.

IX.

Quod Spiritus solertior & antiquior ex
motu cœli, priusquam fieri incipit, nullo
modo prænoscere ac prædicere potest: id
multo minus spiritus tardior & posterior
ætate ex motu cœli, antequam fieri incipit,
aliquo modo prænoscere ac prædicere po-
test. At spiritus Diabolici, qui solertiores
& antiquiores sunt spiritibus seu mentis

bus

bus humanis, ex motu cœli quævis futura contingentia nullo modo certò præscire ac prædicere possunt: id quod patet ex antiquissimis oraculis, quæ partim obscura partim ambigua fuisse constat, quale est illud:

Croesus Halys penetrans magnā peruerteret opū uim.

Et istud:

Aio te, Aeacida, Romanos uincere posse.
 & similia. Possunt quidem dæmones prædicere futura contingentia, sed tantum uel ea, quorum causæ iam agunt, uel ea quæ ipsi reprobis, quorum dominantur, immittere possunt, uel denique quæ ex prædictionibus diuinis cognita habet. At longè antè præuidere bella, pacem, famem, pestem, & similia non possunt. Alio qui hanc prærogatiuam quomodo sibi uindicaret Deus, cùm ipsemet dicat: *Esa. 42. 9.*
Priora ecce uenerunt, & noua ego annuntio antequam oriantur. Ergo multo minus mentes hominum futura contingentia ex motu cœli antè quam fieri incipiunt ullo modo certò præscire ac prædicere queant.

Dan. 2. 12.

X.

Quod experientia multipliciter refellit, id demonstrativa scientia præscien-

Ecclesiastique

420 GREGOR. CALENDARII
tiāue non constat. Prædictiones Astrolo-
gicas de futuris contingentibus experien-
tia multipliciter refellit, falsaque & uanas
esse declarat. Ergo tales prædictiones
demonstratiua scientia præscientiāue non
constant.

XI.

Scientia præscientiaque naturalis &
demonstratiua neque à Deo neque à sa-
nis hominibus uidetur, prohibetur, dam-
natur, Genes. 1. 14. Matth. 16. 3. Sapient. 7.
16. &c. Scientia præscientiaque (si ta-
men ita dici meretur) Astrologica sive
Planetaria sive Mathematica , ac prædi-
ctiones de longè futuris contingentibus
& à Deo & sanis hominibus ridentur, pro-
hibentur, damnantur, Esa. 47. 13. Deu-
teronom. 18. 10. Et Augustinus libro quar-
to confessionum inquit: Illos Planetari-
os quos Mathematicos uocant Chri-
stiana & uera pietas expellit & damnat.
Ergo scientia, præscientia ac prædictio A-
strologorum non est scientia, præscientia-
que naturalis ac demonstratiua : ac pro-
inde ut incerta sic inutilis prorsus ac ua-
na est.

Ite nunc Vespertilioes Claudiopolis
tani,

VENTILATIO.

424

tani, & mirificè uobis placete, quòd non
solùm remotos futurorum temporum e-
uentus, quos nulla Anus quantumuis
præsaga nouit, sed etiam quid serus ue-
sper uehat, acutissimè præuidere alij squé
prædicere possitis, siue per uosmetiplos
siue per uestræ fidei præeuntes uobis A-
strologos. Quinimò refutate hæc, si po-
testis, & ubi refutaueritis, tunc nos pro-
uoluti ad pedes uestros ingentes uobis
uestrisqué Astrologis habituri & acturi su-
mus gratias, quòd uestro beneficio, uestra-
que prædictione longè priùs, quam fieri
incipiunt, futura contingentia prænoscerè
ac præuidere possimus.

VENTILATIO VNDECIMA.

ES Antichristus, qui tempora mü-
tat, ut inquis. Sic ille in uersibus: quo
uno uersu, primum quidem falsum di-
cit, cùm nostri uersus sic habeant:

Hoc Antichristi signum benè nosimus esse,
Tempora mutandi ius quòd habere uelit.

Nequaquam enim nos credimus Anti-
christum posse mutare tempora, sed quòd
ipse putabit se posse mutare, & quòd ius
mutandi tempora habere uelit, ut ait scri-

Ecc 2 ptura.

Dan. 2. 21. ptura. Deinde secum ipse pugnat. In fronte enim scripti istius hoc ex Daniele apposuit: Ipse Deus mutat tempora & æta-
tes: quod propheta sic inculcat Regi Ba-
bylonico, ut intelligat id solius Dei esse
proprium. Iste uero acutissimus uesper-
tilio putat id ipsum reapse posse cadere e-
tiam in Antichristum, quod certè falsissi-
mum est: idq; ut planius sit, syllogismo de-
claramus tali. Tantum uerus Deus mu-
tat tempora. Antichristus non est uerus
Deus. Ergo Antichristus non mutat tem-
pora. Et rursum ex sententia aduersarij sic
colligimus per absurdum. Tantum uerus
Deus mutat tempora. Antichristus mu-
tat tempora. Ergo Antichristus est uerus
Deus. Sed conclusio hæc impossibilis. Et
go falsa etiam assumptio cùm propositio
necessariò uera sit.

Hæc sunt quæ responso nostro digna
esse iudicauimus: Cætera talia sunt, quæ
uel pueri friuola & iejuna esse animaduer-
tere possunt. Nam quod Vespertilio il-
le auguratur, perituras esse antiquas Ca-
lendas, nouas nunquam morituras, id ue-
rum sit nec ne tempus docebit. Sic quo-
que quod obijcit, Ephemeridem Varadi-
ni impressam neque auctorem ostendere
suum,

suum, neq; Patronum quempiam noctam
esse: præterquam quodd exemplo ipse suo
id comprobare uidetur, qui neque nomen
edidit suum, neq; Patronum scripto quæ-
suit suo: notum est illud etiam, plurimos
& antiquissimos eosque utilissimos ex-
tare libros, qui nec Patrono nec certo au-
tore nituntur. Tales igitur & similes
ineptias ipsius persequi nobis animus
non est: satis esse rati, tale quid obiecisse
tumidis & arrogantibus istis Docto-
ribus, in quo satis superque
uires pericliten-
tursas.

F I N I S.

Ee 3

PETRVS

PETRVS BEREXASNIS
 AD STEPHANVM ARA-
 TOREM HENDECAT-
 syllabum.

HOc Petrus tibi mittit & vīdōpol,
 Arator Stephane, Aegidi minister
 Sancti. Namq. Suiticē libellam
 Misisti prior huc sodalitatis.
 O factum bene: tu prior lacesti
 Digno munere non tuum sodalem.
 En nunc sacrilegē sodalitati
 Iesu mittitur hic breuis libellus.
 Aequi consule, plura mox dabuntur.

DEFEN-

DÉFENSIO VENTI-
LATIONVM CONTRA
CALYMNIAS STEPHANI
Aratoris Iesuitæ.

C A P V T I.

*Non conuicijs, sed argumentis superandos esse
hostes ueritatis.*

Respousurus ad tuas, Stephanus
Arator calumnias, id operam
daturus sum, ne par pari tibi
referam cōuictiando. Tu enim
identidem me stolidum uentī
latorem, indoctum Rabulam, hominē im-
pudentissimum, indoctum Grammaticum
& Scholasticum, cornutum Caluinistam,
uersum hominem, indoctum & blasphemum
hæreticum, blasphemum & cornu-
tum asinum, impium uentilatorem, impiu-
Capharnaitam, stolidum asinum, insultum
Grammaticum, cornutum belluam Sede-
chiæ Spurium, Plutonis denique discipu-
lum appellas. Non magnopere his mo-
ueor. Nam qui me norunt, facilè intelligēt,
me immerito tot tuis conuicijs appeti. Tu
forſitan non indignus iſtis epithetis, quæ

426 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT
in me cōgeris, essem: Verūm ego te bonum
Patrem, & Stephanū Aratorem in nominasse,
contentus ero. Possem equidem non ab re,
te Erratorem potius quām Aratorem no-
minare, ut qui & ipse multipliciter erres, &
alios in errorem inducas, id quod tibi hac
responsione planum sum facturus: tamen,
quia opinor eiusmodi iocis tibi homini,
ut apparet ex Epistola tua, *πικρόντη* facile
bilem moueri, iamq; plus satis ira erga me
incensum esse, enitar ne hac mea respon-
sione te magis inflammem. Missis igitur
conuitijs, calumnias tibi tuas detegam at-
que diluam, & ueritatem, ita ut res postu-
lat, pro uirili mea parte, defendam ac pro-
pugnabo.

C A P V T . II.

*Arator duarum calumniarum reus
peragitur.*

IN responsione ad primam uentilationē
statim (inquis) in apertum mendacium
,, prorumpit uentilator iste, dicens: Com-
,, muni consensu Iesuitarum factum fuisse il-
,, lum libellum: cūm nihil ego de illius edi-
,, tione sciuerim priusquam ad me fuissent
,, exemplaria missa. Hic tu, bone Pater, dua-
rum calumniarum reus es. Primūm quod
men-

mendacij arguis eos, qui putant communi
consensu Iesuitarum Claudiopolitanorum
libellum illum prodijisse. Obsecro, si quis ti-
bi dicat, Ego te puto esse Monachum Fran-
ciscanum, num tu iure illi respondebis, Mé-
titis? An non potuis, quod humanitas re-
quirit ipsa, malè putas, erras, secus res ha-
bet: Nam Iesuita sum? Deinde disertè &
perspicuè nos scripsimus, putare nos, com-
muni consensu Iesitarum, non omnium,
sed in claustro duntaxat Claudiopolitano
latitantium, scriptum illud prodijisse?

Calumnia igitur est, cùm scribis, nos ge-
neratim affirmare Iesitarum consensu fa-
ctum fuisse illum libellum. Sed obsecro
quæ hæc est Dialectica? Ego Stephanus
Arator nihil sciueram de editione illius li-
belli, priusquam exemplaria ad me missa
fuissent. Ergo is libellus non est communi
consensu Iesitarum Claudiopolitanorum
editus. Atqui ô bone Pater, Varadinum tu
incolis non Claudiopolin. Quod si tamen
illi à tua præfectura pendent, & te inscio
tale scriptum ediderunt, est sanè quod cum
ipsis expostules. Addis postea: Mentitur
secundò, se & sui similes Christi Ecclesiæ
esse ministros, cùm sint prodromi Antichri-
sti & ministri Satanæ. O' bone Pater, quām

428 CONTRA CALVM. STEPH. A R A T.
facilè hoc tu dicis, cùm nihil probes, tam fa-
cilè id negatur: cùm præsertim evidenter à
nobis demonstratum sit, caput illud uestrū
Romæ residens, ipsissimum esse Antichri-
stum, in uerbo Dei descriptum, cui nō nos,
sed uos adhærescitis, ac proinde non iam
prodromi, sed Satellites ipsius Magni An-
tichristi estis, nisi quam solidissimè apodi-
xes nostras confutaueritis,

C A P V T I I I.

*Arator & Wolfgangus Schreckius manifeste
falsitatis conuincuntur.*

IN responsione ad secundam uentilatio-
nem nostram, adeo iratus es bone Pater,
ut per iram multa dicas, quæ te dixisse
parum iuuabit, & forsitan etiam pœnitabit.
Nosti illud:

Impedit ira animum, ne posſit cernere uerum.
Idem tibi non h̄ic tantum, sed in tota ista
Epistola tua Apologetica euēnit: id quod
ex sequētibus patebit. Primum enim quod
iniquo fers animo me superlatiuos distin-
xisse, dicisq; eam rem nihil ad institutum
meum facere, in hoc ego crediderim uel ip-
sos Iesuitas, siue compatres, siue discipu-
los tuos, tibi non esse assensuros. Deinde
imme-

immeritò scribis, me eandem cantilenam
more cuculibis occinere. Iudicent can-
didi lectores, an *ταῦλον* si sim usus, quod
si etiam fecisset maioris emphaseos cau-
sa, dum manifestè falsam propositionem
refello, quid obsecro peccassem? Quæ-
ris postea, dic mihi homo impudentissi-
me, nónne Calédarium nouum receptum
est in Hispania, Gallia, Flandria, Portugal-
lia, Italia & Polonia? Audi bone Pater. Cur
seorsim quæris de Flandria, cùm sit pars
Galliae? Cur seorsim de Portugallia, cùm sit
pars Hispaniæ? id quod ex Cosmographis
discere potuisti. Esto autem, receptum
sit nouum Calendarium à tota Italia, tota
Hispania & tota Polonia: tamen à tota Gal-
lia receptum esse, quis tibi crederet, si for-
tè affirmes? Nam & Sabaudia pars Gal-
liæ est, quam non recepisse persuasum ha-
bemus, ut taceam interim de alijs Galliæ
partibus. Pars etiam maior Germaniæ Gre-
gorianum Calendarium non recepit: non
recepit Anglia, non Scotia, non Dania, nō
tota Hungaria, nec tota Transyluania, uel
te ipso teste.

Has autem regiones, prouincias arq; in-
sulas quas dixi, uiros habere doctissimos,
id est, benè & egregiè doctos, num, tu
negare

430 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
negare potes bone Pater? Ex quo conse-
quitur necessariò, falsam esse propositionē
illam Wolfgangi Patris, qua dicit: Omnes
alios omnium nationum ac locorum do-
ctissimos uiros Gregorianum Calendariū
uehementer laudare, suspicere, amplecti.
Et si autem istam propositionem emollire
tu conaris, restringens eam ad prouincias
duntaxat Christianas & Romanæ Eccle-
siæ addictas: tamen manifestiora sunt hæc
Patris Wolfgangi uerba: *Omnes omnium*
nationum ac locorum doctissimi uiiri, quām ut hic
eiusmodi tuæ restrictioni locus esse possit.
Et quis nescit doctissimos in suo genere
uiros non tantùm apud homines nominis
Christiani, sed etiam apud alias quasuis na-
tiones etiamnum esse? Porro quod addis-
te intelligere, Turcas etiam Gregorianum
Calendarium laudasse & recepisse, si ue-
rum id esse putas, nimium credulus es, &
dignus qui auriculas Midæ habeas.

C A P V T I I I .

Iesuitæ & Romanistæ cur tam audacter
mentiantur.

„ **T**ertio (inquis) impudenter mentitur,
Ecclesiastam Romanam & cōcilia deter-
minasse,

minasse, licere bona intentione mentiri.
Sed heus tu bone Pater: Ego me facile à
mendacio vindicabo. Ratione enim id
uerum esse euincam. Etenim tu non ne-
gas, ut ne potes quidem, A' Romana Ec-
clesia iampridem determinatum esse, Hæ-
reticis (id est, ijs qui erroribus Romanæ
Ecclesiæ sese opponunt) fidem non esse
seruandam. Hoc satis est mihi. Ex quo al-
terum illud necessariò cōsequitur, id quod
etiam dictum uolui, quamuis tu aliter id
acceperis. Me igitur non esse mentitum ex
hoc syllogismo intellige. Quicunque ho-
mines publico consensu determinant, hæ-
reticis fidem datam non esse seruandam:
ijdem etiam determinant mentiendum es-
se. Fieri non potest, quin uiolatio datæ fi-
dei cum manifesto mendacio coniuncta
sit. Atqui Romanenses iampridem publi-
co consensu determinarunt, Hæreticis fi-
dem non esse seruandam, idque cùm aliās,
tum in Constantiensi synodo reipsa in Io-
hanne Huss & Ieronymo Pragensi decla-
tarunt: idemque fecit Julianus Cardinalis,
cuius impulsu Vladislaus Rex Hungariæ Bonfi. doc.
fidem Turcis datam uiolauit, magnaq; cla- 3.lib.6.
de luit. Ergo ijdem etiam mentiendum es-
se determinarunt. Et rursum sic: Quicun-
que

432 CONTRA CALVM. STEPH. A R A T.
que fidem datam bona intentione uiolari
posse decernūt, ijdem bona intentione mé
tiendum esse decernunt. Atqui Romanen-
ses faciunt illud: Ergo & hæc. Arque hæc
est præter alias una causa, quod Romanen-
ses, & inter hos maximè Iesuitæ de hæreti-
cis, ut loquuntur, quiduis confingere au-
dent. Sic manifestè métitur Antonius Pos-
seuinus in Epistola ad Regem Poloniæ, cù
inquit: Geneuę lamiarum turba, nō ita pri-
dem fuit tanta, ut ipſi iam ministri, nisi fœ-
dere cum dæmonibus iecto, horum sibi stu-
dium conciliassent, iam citius quàm deni-
que fiet, fese deturbatum iri, ad teterimas
illas tenebras, præsentirent. Idem ibidem
Lutherus cum uespere bene potus, contu-
melijſ in Ecclesiā editis cubitū iuiffet, in le-
cto repertus est mortuus, quidquid ad eius
uirę corporis q; fætorē tegendū procuraue-
rit Jonas de illius morte mentiri. Quasi ue-
rò Posseuinus longè rūc absens melius sci-
uerit quomodo sit mortuus Lutherus, quā
Jonas præsens. Tanta est in Romanistis,
præfertim uerò Iesuitis, audacia mentien-
di. Quiduis de ijs, qui se erroribus ipsorum
opponunt, quos hæreticos uocant, posito
omni pudore, nulla etiam habita ratione
conscientiæ confingunt.

C A-

C A P V T V.

Tres calumniæ Aratoris diluuntur, & ostenditur
Iesuitas esse sectarios cum ioco in
Aratorem.

Quartò (inquis) longius à proposito
de greditur astuta uulpecula, ne frau-
des eius cognoscantur: probandum
sibi assumit, Non omnes Christianorū pro-
vincias recepisse Calendarium nouum, &
ipse tractat de origine societatis Iesu, de
modo existēdi corporis Christi sub Eucha-
ristiæ sacramento. Audio, bone Pater, quid
temordeat, iratūq; faciat, adeò ut uix scias
qd dicas. Certè præter calumnias hic quo-
nihil dicis. Primum enim lōgiùs à proposi-
to non sum digressus, sed duas audaciæ
in mentiendo Iesuiticę causas paulò altius
repetiui: Vnam ex determinatione & con-
cessione Ecclesiæ Romanensis : alteram
ex clementita origine uestra, de qua postea
pluribus agam. Altera tua calumnia est, cū
dicis me probandum assumpsisse, Non om-
nes Christianorum prouincias nouū Ca-
lendarium recepisse. Atqui Wolfgangus Pa-
ternihil de Christianis prouincijs scripsit,
sed de omnibus omniū nationum doctissi-
mis

434 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
mis uiris, uti iam uidimus. Calumnia e-
tiam hæc est, quod scribis me tractare de
modo existendi corporis Christi sub Eu-
charistiæ Sacramento. Ergo non hoc tantū
ex testimonij sacrarum literarum declara-
ri, quod uerus Iesus Deus & homo, Corpo-
rali sua præsentia nec Ignatio Laiolæ sit
uisus, nec sit in pane transubstantiatu, ut
uos docetis, nec in omnibus lignis, lapidi-
bus, caseis, pyris, pomis, & quo uis frustulo
panis cœnæ Dominicæ, ut Flaciani & Vbi-
quitarij docent. Sed de his postea pluribus
agam.

„ Subdis postea: Ex uerbis ergo eius talis
„ potest formari consecutio. Iesuitæ ementi-
„ tam habent originem ab Ignatio Laiola.
„ Ergo non recepit totus orbis Christianus
„ nouum Calendarium. Item: Sub Euchari-
„ stiæ sacramento non est realiter Christus
„ præsens. Ergo non omnes prouinciæ Chri-
„ stianorum receperunt nouum Calendariū.
„ Quis te indocte Grammatice talem con-
secutionē formare docuit? Imò uero quis
te, bone Pater, sic calumniari & argumen-
tari edocuit? cùm ea mihi affingis in se-
cunda uentilatione, quæ uerè ac legitimè
nunquam illinc elici possunt. Iudicent sa-
nè omnes tui compatres, Marcus, Franci-
scus,

scus, Iohannes, Antonius, Gregorius, Wolfgangus denique ipse, imò iudicent omnes iudicio aliquo prædicti Iesuitæ, utrum tu in secunda mea uentilatione sic me ratiocinatum esse iure collegeris?

Porrò (inquis) mentitur nostrū ordinem sectam appellando: cùm nihil unquam diuersum docuerint nostri Patres, noster ordo, & noster Ignatius à communi Ecclesiæ doctrina. Ea uerò bone Pater, Stephane A- rator, iubeo te esse bono animo. Ego me à mendacio uindico tali syllogismo. Quicunque homines à communi Ecclesiæ doctrina diuersum & credendum docent, ij sunt sectarij. Vester Ignatius, uester ordo & uestri Patres, tuq; adeò ipse à communi Ecclesiæ doctrina diuersum & credendum docetis.

Docetis enim uerū Iesum Deum ac hominem corporali præsentia in terris appa- ruisse & aliquandiu socium itineris fuisse, Ignatio Laiolæ præceptaque dedisse, quod haec tenus præter Iesuitas nemo unquam in Ecclesia docuit, nulli Apostoli, nulli Pa- tres, nulli denique ordines Monachorum aut Sacerdotum Romanensium. Vester igi tur Ignatius Laiola, uester ordo & uestri Patres sectarij sunt, tuque unà cum ipsis.

Ff De-

436 CONTRA CALVM. STEPH. A R A T.
,, Dehinc ita infers: Sectarij igitur sunt Lu-
,, ther, Caluinus, Franciscus Dauidis, & alij
,, similis farinæ hæretici. O' bone Pater Ste-
,, phane, Dic mihi, si potes, quæ' nam & qua-
,, lis est hæc tua consequentia? Noster ordo
,, nō est secta: Sectarij igitur sunt Luther, Cal-
,, uinus, Franciscus Dauidis, &c. Ha ha he: Ri-
de mecum bone Pater, aut si mauis, Ringe-
re, usque dum ilia rumpantur, non tibi, sed
Codro.

C A P V T VI.

Ostenditur iſuitas ementitum ordi-
nem habere.

„ M entitur præterea (inquis) nos emen-
„ titam habere nostri ordinis originē.
„ Nouit enim Lusitania, Hispania, I-
„ talia & Gallia nos legitimā habuisse & ori-
„ ginem & uocationem, non solūm à Pontifi
„ ce supremo pastore Ecclesiæ, sed etiam ab
„ ultimo Oecumenico concilio approbatā.

Cur tu mihi iterum, bone Pater, seorsim
nominas Lusitaniam, cùm hæc pars sit Hi-
spanię Tago & Doria fluuijs comprehen-
sa? Deinde ultimum Oecumenicum conci-
lium fuit Tridentinum. Atqui in hoc, ut ex
summa Conciliorū F. Bartholomæi Garan-
zæ apparet, nulla Iesuitarum mentio. Tum

ut

ut sine scripto facta sit aliqua: tamē approbatam esse quis tibi crederet? Cūm idem Garanza his uerbis opus suum concludat.

Hac sessione placuit omnibus finem imponere huic concilio Tridentino, confirmationemque à sanctissimō Pio Papa quarto p̄terē, sed à tribus Patribus reclamatum & intercessum fuit. Adhæc ubi ego probavero,

eum Iesum, qui Ignatio Laiolæ apparuit, uerum Iesum ex uirgine Maria natum non fuisse, concedes haud dubiè, bone Parteter, sc̄tæ uestræ ementitam originem esse. nensit habuit Sed de hoc paulò post. Denique qui anno 1215; do contra duorum conciliorum prohibitiōnem adinuentus est, uti uester Iesuitarū, ḡos d̄mib. eum ementitæ originis esse constat. Item de relis 16. titul.

C A P V T VII.

Christiani se à solo Christo denominant, non ab hominibus : & faciē refelli- tur Arator.

Quartis deinceps: At tu impie Calquinista, à quo habes originem, nisi ab impuro Caluino. Imò uero, dic mihi bone Romanista, Ecquando ego me dixi aut scripsi esse Caluinistam, Cinglianū, Lutheranum & similem? Quis tibi dixit, me originem meam ad Caluinum referre?

Ff 2 Nun-

Nūquid tu putas, nos qui Romanistarum,
Arianorum, Tritheitarum, Anabaptistarū,
Flaccianorum & Vbiquistarum errores cō-
futamus sincerum Dei uerbum sequentes,
ita despere, ut à Caluino, Luthero, Cin-
glio & similibus nūcupari uelimus? Quod
si qui sunt, qui se Lutheranos appellant, illi
utique testimonio Lutheri stultitiae con-

Fol. 4. demnантur. Is enim tomo secundo Vite-
,, berg. suorum operum sic scriptum reliquit:
,, Non ita tu STVLT E: Audi queso, & patia-
,, ris tibi persuaderi. Primum obsecro silen-
,, tio nomen meum prætereatur, neque se
,, quisquam Lutherum, sed Christianum
,, profiteatur. Quis enim est Lutherus? Et
,, num mea est doctrina? Num ego pro quo-
,, quā crucifixus? Non sic charissimi. Extir-
,, pemus ista factiosa nomina, & Christiani
,, uocemur à Christi nomine, cuius doctri-
,, nam amplectimur. Hactenus Lutherus se-
cutus doctrinam Pauli Apostoli, qui ueruit

1. Cor. 1. 12. Corinthios nominare se Cephæ, Apollo,
1. Cor. 3. 21. Pauli. Contraria autem faciunt Romanen-
ses, quorum alij se Franciscanos, alij Bern-
hardinos, alij Augustinianos, alij item a-
lios nuncupant, idque religionis ergo: ac
proinde hoc ipso ostendunt se desijſte iam
esse ueros Christianos. Veri enim Christia-
ni

ni contenti sunt appellationem à Christo
habere, quam ipsi Apostoli approbarunt. Ad. 11. 26.

Quid porrò dicis bone Pater: Caluinus
(inquis) morbo pediculari tanquam Hero-
des ille impius consumptus est. Oeco-
lampadius suis ipsius suorumq; manibus
clam peremptus est. Caluinus præterea &
Beza proditores etiam fuerunt Regis Frá-
ciae & Reginæ ac liberorum eius. Hæc tu,
At quos laudas testes? Lindanum, Coch-
læum, Surium, Genebrandum. Atqui hi
tuæ farinæ sunt homines, æquè ueraces at-
que tu. Mearum partium scriptores in te-
stes uocato, si uis ut tibi credam talia dicé-
ti: Sicuti ego Pontificios scriptores tibi cō-
plures citali. Citas tu quidem etiam Lu-
therum cùm inquis: Oecolampadius fo-
cius Cinglij ignitis Satanæ telis & hastis
confossus est, ut scribit Lutherus libro de
Missa priuata. Atqui in toto eo libro, ne
mentio quidem ulla est Oecolampadij, tā-
tum abest ut uerum sit, quod tu citas. Ec-
quid te pudet, bone Pater, tanti mendacij?
Cinglium in bello occisum esse obijcis.
Quid tum postea? Iudicio Dei sic illi mo-
riundum fuit.

Esto autem uera sint omnia quæ de Cin-
glio, Caluino, Beza, Oecolampadioq; con-

440 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
inxerunt Pontificij: obsecro, num sic probasti, me Caluinistam esse, meq; à Caluino originem habere.

„ Pergis postea interrogare me: At tu quid de nostro Patre Ignatio poteris dicere? que crima iuste ei obijcere? An quia causa deuotionis Ierosolymam profectus est? an quia miles fuit? Audi bone Pater. Parui momenti est quod me interrogas. Ego manus quid ex te quæro. Dic nobis, uester ille Ignatius Laiola, fuit ne Ierosolymis an nō? Si fuisse dicis, vide quid facies Laurentio Surio, quem paulò ante laudasti, qui impletum reuertisse scripsit in cōmentarijs an-

Libr. 2. Ex. no Domini 1540. editis: Si fuisse negas, qd Ingolstadt a: fiet magno illi Iesuitarum Apostolo Antonio Possevino, qui in Epistola ad Regem Polonię sic scribit: Ignatius primò multam pénitentiam egit: Summis autem laboribz exantlatis, cū maria traiecisset, Christi Domini patientis loca inuisit. Ecquid te urit ista quæstiuncula? Sed ostendam tibi effugium.

Dic fuisse potentia, non actu: aut si mauis, dic fuisse uolūtate & animo, corpore non item: ac proinde fuisse & non fuisse: Sic saluabis utrumq; scriptorem, & cū Patribus Claudiopolitanis poteris canere,
Gaudemus.

C A

CAP V T VIII.

*Ignatium Laiolam desperatum militem fuisse, &
ipfi Pseudolesum apparuisse de-
monstratur.*

Sed mittam, iocos. Ad seria redeamus.
Quod autem calumniaris (tua Stephane Arator uerba refero) blasphemō re, eum militem desperatum fuisse, id nulla ratione, nulla historia fide digna probare poteris. Ego uerò & ratione & historia pabo. Rationem quidem talem affero. Homines deserto uitæ suæ genere, qui se ad monachatum transferunt, ex desperatione id faciunt. Ignatius Laiola deserto uitæ suæ genere, militari uidelicet ad monachatum se transtulit. Ergo ex desperatione id fecit. Si negas hanc consequentiam esse necessariam: at certè probabilem esse negare non potes, cùm & prouerbio dicatur: Desperatio facit Monachum. Historicum autem à te ipso aliquoties laudatum tibi do, Laurentium Surium, qui in ijs, quos dixi, commentarijs, ex desperatione (nisi me fallit animus) scribit Laiolam nouum ordinem occepisse.

Conat̄ (inquis) dein de uētilator iste egredius pbare, Christū uerū nō potuisse Ignatius

442 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
tio apparere. Calumnia hæc quoq; est tua
Stephane Arator.

Ego enim in secunda uentilatione nus-
quam scripsi, Christum uerum non potui-
se Ignatio uestro apparere. Potuisset enim,
si uoluisset: Et dico etiam Stephano Arato-
ri apparere posse, si uelit. Sed probandum
tibi incumbit, uoluisse Christum corporali
præsentia Laiolæ desperato militi appa-
rere. At Scriptura sacra nihil tale habet. Sed
nec uestra Romana Ecclesia credendū ad-
huc determinauit, Christum Iesum Serua-
torem Mundi Ignatio Laiolæ corporali
modo uisum esse. Quia igitur auctoritate
credendum id esse docetis? Tu quidē hoc
argumento rem tradere uideris. Christus
est omnipotens, ut pote uerus Deus & ho-
mo (hoc etiam ego credo) & poruit Laiolæ
corporaliter apparere (credo & hoc) Ergo
apparuit. Hoc uero est quod non credo:
quia ex antecedentibus non legitimè con-
cluditur. Scis enim Stephane Arator, Dia-
lecticos rectè docere: A posse ad esse non
ualere consecutionem.

,, Pergis tandem inquiens: Sed quo tan-
,, dem id probat argumento. Quia scriptum
,, est Ephes. 4. & Actor. 3. Christum uerum a-
,, scendisse in cœlos & sedere à dextris Dei.
Ergo

Ergo non uerus Iesus, sed Pseudeiesus ap- “
 paruit Ignatio. Hem bone Pater: Vsque ad- “
 èò tu prèter calumnias spiras nihil. Neq; n.
 ego sic, ut tu scribis, scripsi. Cur tu non ci-
 tas seriem meorum uerborum ita uti se ha-
 bet, ut boni uiri ac ueracis officio fungi ui-
 dearis? Quod cùm tu prætermittis, ego
 mea uerba, sic necessitate ipsa urgente,
 hic repetam & tibi denuò inculcabo. Ie-
 suitæ docent, Ignatio Laiolæ Iesum in iti-
 nere apparuisse multa præcipienteim: atque
 hanc esse causam ut societas Iesu dicantur.
 Hic uero quis non uidet? Hoc totum aut
 commentitium esse, aut si Iesus Laiolæ isti
 apparuit, hunc Iesum non fuisse Seruato-
 rem mundi ex uirgine Maria natum. Sacra
 enim Scriptura disertè testatur, Iesum Dei
 Filium supra omnes cœlos ascédisse (Eph.
 4.10.) ibique mansurum esse usque ad tem-
 pora restitutionis omnium: id est, usque ad
 extremi iudicij diem (Act.3.21.) Tantum e-
 nim tunc credibit Iesus Dei Filius, non qui-
 dem in terras deorsum, sed in nubes dun-
 taxat, inde sententiam dicturus, omnibus
 conspicendus (Matth.26.64. 2. Theffal.4.
 17.) iterumq; cum electis suis supra omnes
 cœlos rediturus (Iohan.14.1. 2. Illic enim
 sunt sedes uitæ æternæ elec̄tis Dei præpa-
 ratæ.

444 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.

ratae. Is igitur Iesus qui Laiolæ clando &
desperato militi in itiaere apparuit, unus
ex illis hauddubie fuit, de quib. Filius Dei
Mat. 24. 23. fideles suos diligētissimè præmonuit. Tūc
si quis uobis dixerit: Ecce hīc Christus, aut
hīc ne credite: Surgent enim Pseudochristi
& Pseudoprophetæ, ita ut seducant (si fieri
possit) etiam electos. Ecce prædixi uobis.
Quare si dixerint uobis: Ecce in deserto
est: Ecce in cōclauī est, ne credite. Ex his in-
telligim⁹, Pseudoiesum fuisse, q̄ Laiolæ illi
apparuit. Hactenus mea uerba. Quid tu aut̄
ex his collegisti? Ais me sic ratiocinari. Ver⁹
„ Iesus ascēdit in cœlos, sedet à dextris Dei.
„ Ergo nō uerus Iesus, sed Pseudoiesus appa-
ruit Ignatio. Iudicent, qui legūt, an tā frigi-
dē ut tu fingis, ego sim ratiocinatus. Sed
tu etiam ratio mihi habenda est. Video te
obesæ naris Aratorem esse. Hanc tu pauli-
sper emunge, ut uim argumēti mei odora-
ri possis: uel pot̄ ius abstergeto caliginem
ab oculis tuis, ut splendorem ueritatis cer-
nere queas. Iste quidem Scholasticus, quē
tu ex alto despicias & cōuitijs adobruis, uin-
culis ueritatis ex uerbo Dei depromptis, i-
ta te constringet, ut elabi non possis. Idq;
crassa Minerua, more Scholastico perspicu-
is syllogismis, & ijs quidē demonstratiuis,
non

nō probabilibus, cōficiet. Audi ergo, bone Pater, & disce ueritatem Euangelicam etiam à Scholaſtico, etiam à Grammatico.

Quicūq; homo circa annum Mūdi 3961. sic assumptus est, siue sic ascendit longè supra omnes cœlos, ut ibi permaneat usq; ad tempora restitutionis omniū: id est, usq; ad diem ultimum mundi: is utiq; ante ultimū diem Mundi corporali (siue uisibili siue inuisibili) præsentia in terris nusquam est: Atqui homo Christus Iesus Dei Filius, circa annum Mūdi 3961. sic assumptus est siue sic ascendit longè supra omnes cœlos (Eph. 4. 10.) ut ibi permaneat usq; ad tempora restitutionis omniū (Act. 3. 21.) id est, usq; ad extremum diem Mūdi. Ergo homo Christus Iesus Dei Filius, ante diem ultimum Mūdi, corporali præsentia in terris nusquā est, nec uisibiliter nec inuisibiliter. Et per conseq̄es, quicunq; interea tēporis pro Christo Iesu se in terris ostentat, uti fecit is, qui desperato militi Ignatio Laiolæ apparuit, Pseudochristus & Pseudoiesus sit necesse est. Ecquomodo tibi sapit hæc offa, bone Pater? Quippe hinc illud etiam consequitur, Pseudoprophetas: id est, doctores falsi esse, quicunque contendunt uerum Iesum Dei Filium desperato militi Laiolæ apparuisse,

Hic

446 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.

Mat. 18. 20. Hic si forte illud mihi obijcere uelis, Vbi sunt duo uel tres coacti in nomine meo,

Mat. 28. 20. lic sum in medio illorum. Aut illud: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Respondebo, me non negare Christum esse ubique, imo credo ipsum in sanctis suis tanquam in templo suo habitare, sed non corporali, uerum spirituali deitatis suae praesentia, ut docet

Rom. 8. 9. Apostolus: Vos, inquit, non estis in carne, sed in Spiritu, si quidem Spiritus Dei habitat in uobis. Quod si quis Spiritum Christi non haberet, is non est eius. Porro si Chri-

Lib. contra Praxeam. stus in uobis est, &c. Huc facit illud Tertulliani: Si homo tantummodo Christus, quomodo adest ubiq; iuocatus, cum haec hominis natura non sit, sed Dei, ut adesse om-

Hom. 33. in Matt. ni loco possit? Et illud Origenis: Nec enim homo est, qui est ubicunque duo uel

Epist. 1. ad Cledonium. tres congregati fuerint in nomine eius, sed

Epist. 1. ad per Ioh. cap. 38. uirtus diuina quæ erat in Iesu. Item illud Nazian. Christus in nobis habitat, non secundum eam partem, quæ in oculos cadit, sed quæ intellectu percipitur. Et Cyrilli istud: quomodo igitur pollicitus est secum ei futuru usq; ad consummationem seculi? Nullus ambigit cū ad cœlos ascenderit,

quamuis uirtute Spiritus semper affuerit,

præ-

præsentia tamen carnis illum semper ab-
fuisse. Deniq; istud Augustin. Christus Ie- Epist. 57. ad
sus ubique est per id quod Deus est, in cœ- Darda.
lo autem per id quod homo est.

C A P V T I X.

Duplex mendacium & geminae ineptiæ Aratoris
deteguntur, & quomodo Christus Paulo
Apostolo uifus fit, decla-
ratur.

Sed redeamus ad tuas, Stephane calum-
nias. Cerne, inquis, præterea lector, quā
impiè Scripturis sacris abutatur, nō se-
cus ac cacodæmon ille qui Dominum in
deserto tentabat. Scriptum est, inquit, uerū
Iesum in cœlos ascendisse: Ergo non appa-
ruit uerus Iesus Ignatio, sed Pseudoiesus.
O' cæcitatem plusquam Cimeriam. His
pancis uerbis duas simul Christo, impius
rabula, inurit blasphemias. Primo negando
eius omnipotentiam, quem ita uult cœlo
affixum, ut inde mouere se non possit. Se-
cundo negando eum Ignatio & diuo Pau-
lo apparuisse. Hæc tu, bone Pater, quibus
duarum blasphemiarum me reum agis, sed
profectò immerito. Mentitis enim (igno-
rare quælo mi Pater) me negasse omnipotē-
tiā

448 CONTRA CALVM. STEPH. ARAF.
tiā Christi Filij Dei, neq; hoc probare potes
in æternū: Mentiris etiam (rursus ignosce)
me scripsisse aut dixisse, Christum sic affixū
esse cœlo, ut inde mouere se nō possit. Nū-
quam scripsi, nunquam dixi, nunquā in ani-
mo habui hoc. Credo eisdem, Christum

Hebr. 4. 14. Iesum Filium Dei, corporali sua præsen-
tiā usque ad diem extremi iudicij non esse
alibi nisi supra omnes cœlos, quos pene-
trasse scribitur, ibique liberè esse ubi ubi
uult in summa gloria & maiestate sua. Cre-
De Fide & do cum diuo Augustino, qui inquit, ubi &
Symbolo ea: quomodo sit in cœlo corpus Dominicum;
pit. 6. curiosissimū & superuacaneū est querere:
tantummodò, in cœlo esse, credendum est:

In Epist. ad Dardan. Credo cum eodem, cùm inquit: Christum
Dominū nostrū, unigenitum Dei Filiū Pa-
tri æqualem, eundemq; hominis Filiū, quo
maior est Pater, & ubiq; præsentem totum
esse non dubites tanquam Deū, & in eodē
réplo Dei esse, tanquam inhabitatēm Deū:
Et in loco aliquo cœli propter ueri corpo-
ris modū. Quid porro? Blasphemū me ait
esse, quod nego uerum Iesum apparuisse I-
gnatio uestro & Paulo Apostolo. De Pau-
lo Apostolo mox uiderimus. Ignatio au-
tem Laiolæ uerum Iesum apparuisse, tunc
credam, cùm tu expedite, siue solueris, siue
etiam

etiam secueris nodum, quem paulò antè tibi obieci. Conaris quidem probare, uerum Iesum apparuisse Ignatio militi desperato. Sed quibus argumentis? Primum quidem. Potuit uerus Iesus apparere Ignatio Laiolæ: Ergo apparuit: Deinde uero: Verus Iesus apparuit Paulo Apostolo: Ergo etiam Ignatio Laiolæ.

Viden^t b. ne frater, quām firma sit ista tua Dialectica? Sed de Paulo Apostolo Att. 9.3. videamus. Apparuit ergo ipsi Dominus Iesus? Certè sanè. At num præsentia corporali, sic, ut carnalibus oculis Paulus & socijs iphius uisus sit? Nequaquam. Socij enim nec uiderunt Christum, nec uocem iphius audiuerunt. Sed neque Paulus corporeis oculis uidit Christum. Priùs enim in terram concidit & splendore inusitato excæcatus est, ac postea demum uocem audiuuit: Saul, Saul, quid me persequeris? Hinc Augustinus de hoc loco differens ait uocem Christi cœlitus in aures Pauli formatam fuisse. Quid verbis opus est? Ipse Paulus Apostolus inquit (2. Corinth. 12. 2.) Noui hominem in Christo ante annos quatuordecim: an in corpore, nescio: an extra corpus, nescio: Deus nouit, raptum in tertium

450 CONTRA CALVM STEPH. ARAT
tertium usq; cœlum, &c. Ex quibus uerbis
liquet longè aliter uisum esse Christum Ie-
sum Paulo, quām ut uisum esse Laiolæ nu-
gantur Iesuitæ. Legimus præterea Christū
Iesum conspectum esse etiam Stephano
protomartyri: Sed & huic longè aliter quā
Act. 7. 56. Laiolæ. Conspexit enim cœlos apertos, &
Filiū hominis instantem ad dextram Dei.
Quippe acies oculorum Stephani proto-
martyris pro maiori consolatione adeò il-
lustrata fuit, ut immensa inter cœlum &
terrā spatia obtutum ipsius nihil impe-
dierint. Sic ergo uisus est Stephano uerus
Iesus. Quomodo autem Ignatio Laiolæ?
Nempe in terris, & quidem sic, ut aliquan-
do comes itineris Laiolani fuerit, sic refe-
rentibus Iesuitis. Forsttan autem cum La-
iola & duodecim Apostolis ipsius etiā am-
bulauit per tabernas, latitauit per popi-
nas (cibo enim & potu uiatores egerit) cu-
lices passus rotudos: ut in Florum lusit Ha-
drianus Imperator. Sed mittamus
iocos. Rem ipsam ur-
geamus.

CA-

C A P V T X.

Iesum, qui Ignatio apparuit, Pseudoiesum fuisse,
iterum demonstratur.

NObilissima hic nobis exorta est quæstio, quamuis Iesuitis minimè grata: uexanda tamen & discutienda plenius: cùm haec tenus à nemine, quod sciam, satis uexata & discussa sit: Vtrum uidelicet uerus Iesus, ex uirgine Maria natus corporali præsentia in terris uiatori Ignatio Laiolæ, desperato militi apparuerit. Ac Iesuitæ quidem id uehementer affirmant, his usi argumentis. Poruit apparere, Ergo ap- ^{Δις τοι τρίτη} paruit. Apparuit Paulo Apostolo (addatur ^{τὸ Λαζάρον.} etiam Stephano) ergo & Laiolæ Ignatio. Sed obstat quod desperatus fuerit miles. Id scitè diluit Posseuinus. Primùm egit multā pœnitentiam, deinde exantlatis summis laboribus, maria traiecit, Christi patientis loca inuisit. Pulchre scilicet omnia, sed non satis firmiter. Hæret adhuc aqua, & multa subsunt dubia. Nos autem constanter negamus, uerum Iesum ex uirgine Maria natum corporali præsentia in terris uiatori Ignatio Laiolæ desperato militi & socijs ipsius apparuisse. Huius negationis argumenta hæc sunt.

Gg Primūm

Primum quidem ac optimum, ideoq; re-
petendum: quia Christus Iesus quatenus
Eph. 4. 10. homo est, sic ascendit supra omnes cœlos,
Acto. 3. 22. ut corporali sua præsentia illic mansurus sit
in gloria & maiestate usq; ad tempora resti-
tutionis omnium.

Deinde quia in symbolo Apostolico sic
confitemur: Ascendit ad cœlos, sedet ad
dexteram Dei Patris, inde uenturus est ad
iudicandos uiuos & mortuos: Non confi-
temur autem, nec Scriptura uspiam tradit,
Christum corporali, præsentia ante ultimū
illud iudicium de cœlo descensurum & ap-
paritum uel Laiolæ uel quibusuis alijs
hominibus.

Matt. 24. 30. Tertiò quia uerus Iesus descendet de cœ-
Mat. 26. 64. lo in nubibus cum gloria & potentia ma-
gna. Ergo nec uerus fuit Iesus.

Hebr. 8. 4. Quartò, quia sacra Scriptura disertè in-
quit: Si Christus esset in terra (corporali sci-
licet præsentia: nam de infinita Christi dei-
tate nihil ambigitur) ne sacerdos quidem
esset: At Christus est æternus sacerdos. Er-
go in terra non est. Vnde sic colligimus
amplius. Si uerus Iesus in terris appa-
ruit Ignatio Laiolæ & cum ipso ambula-
uit: Sacerdos esse desijt. Sed non desijt esse
Sacerdos, cum æternum habeat sacerdo-
tium.

tium. Ergo uerus Iesus Laiolæ in terris nō apparuit, neq; cum ipso ambulauit. Deniq; Mat. 24, 23: Christus Dominus ipsemet prædixit mul-
tos Pseudochristos ante ultimum dient
uenturos, sed & ipfis, & qui ad ipsos dedu-
cunt credendum esse ueruit. Cūm igitur Ie-
sus Laiolæ conspectus ante ultimum diem
Mūdi aduenerit, Pseudoiesum fuisse neces-
se est, & Pseudoprophetæ sunt, qui Pseu-
doiesum uerum Iesum fuisse contendunt.
In nunc Stephane Arator, & me blasphemia-
reum accusa & damna. Redeo ad tua uer-
ba: Ergo Pseudoiesus (inquis) fuit q; dixit:
Saule, Saule, quid me persequeris? Pseudo-
iesus eū ex equo excussit: O' suave capitu-
lum: Itāne usquequaq; te ridendum propi-
nare uoluisti? Vbi enim scriptum est: Sau-
lum tum cum socijs suis equitasse? Pictorū
cōmenta tibi imposuerunt. Et tibi iam pul-
chra pictura est p; sacra Scriptura. Succine
tibi, bono Patri, ab re tua, à præfectura tua,
nihil ocij fuit, ut historiam cōuersionis Pau-
li inspiceres? Sed hæc leuicula sanè præte-
teamus, & ad maiora pergamus.

Intellige ergo in docte & blasphemie he-
retice, inq;: Quod sicut tūc uer, Iesus simul
erat in cœlo à dextris Dei, & simul in ter-
ris diuino Paulo apparuit: Sic & cū Ignatio

,, appareret, poterat idē Iesuſ uerus & in ter-
,, ris & in cœlo per ſuam omnipotentiā prä-
,, ſens eſſe. Ain' uerò bone Pater, uerū Iefum
corporali präſentia, ſimul in cœlo & in ter-
ra fuiffe, cū appareret Paulo? Quo id uerò
Scripturę teſtimonio? Nullo prorsus. Et uide
in quos te laqueos induas? Si ueruſ Chri-
ſtus corporali präſentia in cœlo ſimul & in
terra fuit, dūo corpora & duos Christos fu-
iſſe necelle eſt: Atqui dūo corpora duosq;
Christos ueros eſſe poſſe eſt imposſibile.
Ergo ueruſ Christus corporali präſentia,
cū Paulo appareret, ſimul in cœlo & in ter-
ra non fuit. Et uide quām ſirmum ſit tuū ar-
gumentum Christus eſt omnipotēs, Ergo
cū Paulo & Laiolæ apparuit, ſimul in cœlo
& in terra fuit corporali ſua präſentia. At-
qui Deus nō omnia facit quāe poṭest, ſed ea
Pſal. 135.3. tantūm quāe uult, ut David inquit: Omnia
quāecunq; uoluit Iehouah fecit in cœlo &
in terra. Iam tu mihi oſtende, Christū Deū
uelle corporaliter in cœlo & in terra ſimul
eſſe, & credam tibi. Volūtas autē Christi in
uerbo ipſius eſt patefacta. Da mihi igitur
uerbum, quod cerrē in æternum non da-
bis. Audi, Pater, Tertullianū aduersus Pra-
,, xeam: Planè, inquit, Deo nihil difficile. Sed
,, ſi tam abrupte in präſumptionibus noſtris
hac

haec sententia utamur, quiduis de Deo cō-
fingere poterimus, quasi fecerit, quia face-
re potuerit.

C A P V T . X I.

*Transsubstantiatio à fundamentis
conuelliatur.*

Sic & in Eucharistię Sacramēto (inquis) ..
Sapud nos & in cœlo per eādem omni- ..
potentem suā virtutē præsens est. Cre- ..
do ego, bone Pater, Christum & omnipo- ..
tentē & in Sacramento Eucharistiæ, atque ..
ad eō ubique esse, cūm in una persona non ..
tantum sit homo finitus, sed etiam Deus ..
æternus & infinitus. Verūm longè alius est ..
status nostræ controuersiæ.

Non enim hoc queritur (quod nemo ne-
gat) an Christus sit in Sacramento Eucha-
ristiæ: Sed hoc an corporali præsentia reue-
ra sit in quolibet frustulo panis Eucharisti-
ci: uel, ut ex sensu Romanensiū loquar, hoc
in dubium uocatur, utrum panis Euchari-
sticus sic transsubstantietur, ut iam definēs
esse panis, reapse sit corpus illud, quod in
cruce pependit, ac proinde caro, sanguis, a-
nima & deitas Christi, ut in Synodo Con- Garāza sub
stantiens determinatum est. Et tu quidem finē eius Cō-
hauddubie hoc sentis, qđ Synodus Cōstā. cilij.

456 CONTRA CALVM. STEPH. ABAT.
tiensis determinauit: Panem uidelicet rea-
pse transsubstantiari in uerum Christi cor-
pus, animā & deitatem, & panem nō am-
plius esse panem, sed tantū accidentia pā-
nis remanere post factam cōfessionem.
Ego autem totum istud falsum esse dico, &
evidentissimis rationibus demonstro.

i. Nullum corpus, quod naturā & loco di-
uersum & dissitum est ab altero in alterum
illud corpus transsubstantiatur. Panis Eu-
charisti cus corpus existens, & natura & lo-
co diuersus ac dissitus est à Christi nativo
corpo: Naturā quidem, quia panis ex fa-
rina & aqua in fornace coquitur: corpus ve-
rò Christi ex uirgine Maria natum est: Lo-
co autem, quia panis in terris est, Christi ve-
rò nativum corpus supra omnes cœlos ma-
net usque ad ultimum Mundi diem. Er-
go panis Eucharisticus in nativum Chri-
sti corpus nequaquam transsubstan-
tiatur.

ii. Corpus sensu destitutū in animā ratio-
nalē transsubstatiari est impossibile. Panis
Eucharisticus est corp⁹ sensu destitutū. Ergo
panem Eucharisticū in animā rationalem
Christi transsubstantiari est impossibile.

iii. Creaturam & corpus sensu carens in
deitatem transsubstantiari est impossibile.
Panis

Panis Eucharisticus est creatura & corpus sensu carens. Ergo panem Eucharisticum in deitatem Christi transsubstantiari est impossibile.

1111. Quodcunq; corpus nullam sui mutationem ullis sensibus exhibet, id transsubstantiatum esse est impossibile.

Panis Eucharisticus nullam sui mutationem ullis sensibus exhibet.

Ergo panem Eucharisticum transsubstantiatum esse est impossibile.

v. Item: Quem panem sacra Scriptura etiam post consecrationē siue benedictionem panem nominat, eum transsubstantiatum esse est impossibile. Veritas enim Spiritus sancti in Scriptura nō diceret panem, qui panis esse desīsset, sacram siquidem Scripturam ueracissimam esse necesse est.

Atqui panē Eucharisticū sacra Scriptura e- 1. Cor. 11.
tiā post consecrationē siue benedictionem 28.
panē adhuc nominat. Ait.n. quotiescūq; e-
deritis panē hunc. Et mox: quisquis ederit
panē hūc. Et tertio: p̄bet se homo, & ita de
pane illo edat quis. Quis autē negare potest
ipsam manducationem fieri in Eucharistia
post benedictionē seu consecrationē. Panē
ergo Eucharisticum post factā consecratio-
nem esse transsubstantiatū est impossibile.

458 CONTRA CALVM STEPH. ARA T

v i. In quocūq; pane nullū membrū uerē
humani corporis ostēdi ac p̄cipi potest, eū
panē reuera in natuū ac humanū Christi
corp⁹ trāsubstantiatū esse est impossibile.

Atqui in pane Eucharistico, etiam post
consecrationē, nullū membrū uerē humani
corporis ostendi ac percipi potest.

Ergo panē Eucharisticum reuera in natuū
Christi corpus transsubstantiari est im-
possibile: Et per cōsequens, panis Euchari-
sticus manet panis etiā post cōsevationē.

Apoc. 17.4. Responde, Stephane Arator, ad hęc argu-
menta, si tibi proba est mater, sedens in ur-
be septicolli, habens aureum poculum in
manu sua, amicta purpura,occo, auro, ar-
gento, gemmis & lapidibus preciosis. Ec-
quid sentis, bone Pater, te ui ueritatis pun-
gi, urgeri, premi? & quidem ab indocto
Grammatico.

Quid tibi fieri, si tibi negotiū erit cū do-
ctis nostrarum Ecclesiarū Theologis? For-
sitan hoc mihi respōdebis? Hęc argumēta
sunt ex ratione humana deprompta. Itāne
bone Pater? Age igitur tu ex ratione diu-
ina: i. ex uerbo Dei profer argumenta, quib.
pbes panē Eucharisticū reapte trāsubstan-
tiari in natuū Christi corpus. Proferes sci-
licet ad Calendas Græcas: Aut si proferes,
talia

talia erunt, quale hoc tuum est. Christus est omnipotens. Ergo panis Eucharisticus transsubstantiatur. Pulchrè dixti. Cōfer mihi iam istos terminos in syllogismum, & mox tu uidebis quatuor esse, ac p̄inde scopas dissolutas, quibus Iesuitæ nec purgare, nec repurgare quidquam poterunt. Ac inquies (sicut sanè inq̄s) Christus dixit: Hoc est corpus meum quod pro uobis traditur. Ergo panis Eucharisticus reapse transsubstantiatur in corpus, animam & deitatem Christi. Eia uerò, transfer mihi rursum hos terminos in syllogismum, & quatuor esse deprehendes, ac funiculos ex arena cōtextos habebis, quibus certè nullum Theologum, ac ne indoctum quidem Scholasticū constringere ualebis.

C A P V T XII.

*Quis sit genuinus sensus uerborum, Hoc est corpus
meum: & rursum transsubstantatio &
cōsubstantatio expu-
gnatur.*

Sed bene res habet, quòd tandem uerbo Seruatoris nostri, Hoc est corpus meū pro uobis traditū, protulisti. Hic ergo pedē figamus, & quæ sit istorū uerborū uera sententia, age, dispiciamus. Atq; id more Scholastico, per ignē Logicū ad examē re-

460 CONTRA CALVM. STEPH. ARAV.
uocemus, ut stipulæ Romanensium Vbi-
quitanorum & similium, istis uerbis Chri-
sti superstructæ exurantur. Ad ipsam igi-
tur rem.

Principiò in confessio est, per Hoc signifi-
cari & demōstrari panē per CORPVS MEVVM
significari natuū Christi corpus, qđ ex uir-
gine Maria natū in cruce pepēdit, p pecca-
ris Mundi. Deinde in confessio est has enū-
ciationes æquipollere ac idem ualere: Hoc
est corpus meum pro uobis traditū: Et pa-
nis Eucharistiæ est corpus Christi p nobis
traditū. Tertiò datur etiā hoc, In uoce Hoc
& Panis esse subiectū, tamen Corpus meū
sive corpus Christi esse prædicatum. Quar-
tò, Nemo opinor inficias ibit, hæc duo, Pa-
nis & corpus Christi, disparata esse.

Age igitur, Stephane Arator, dic mihi,
ecqualis est ista prædicatio, Panis Eucha-
ristiæ est corpus Christi pro nobis traditū?
Propria certè ac regularis non est: quia de
subiecto nō dicitur unū ex quinq; prædica-
bilibus. Neq; est inusitata: quia non agit de
unione personali duarū in Christo natura-
rū, & quę inde consequuntur. Relinquitur
ergo esse Impropriam, ac proinde Tropicā
figuratámue: id quod etiam sic euinco. Om-
nis prædicatio (excipio inusitatam) in qua
de

de subiecto disparatum uel disparati passio dicitur, aut est falsa, aut si uera est, impropria ac proinde tropica figuratáue est. Atqui in hac prædicatione, Panis Eucharistiae est corpus Christi, disparatum de dispartato dicitur: & quia uera est prædicatio, impropriam ac proinde Tropicā figuratám-
ue esse necesse est.

Quisnā igitur hīc tropus inest? Dico in-
esse Metonymiam. Et cū hæc multiplex sit,
dico esse Metonymiam signati: quia res si-
gnata & obsignata: id est, corpus Christi,
prædicatur de signo ac sigillo: id est, de pa-
ne Eucharistico. Hoc testatur & Augusti-
nus: Nō dubitauit inquit, Dominus dicere,
Hoc est corpus meū, cū signum daret cor-
poris sui. Et alibi tradit hanc regulā multis
exēplis declaratam, cūm inquit: ita solet Scri-
ptura loqui, ut res significantes tanquam illas, quæ si-
gnificantur, appelle. Quod autē Augustinus si-
gnū dicit, id Tertullianus figurā nominat, Lib. 3. cōtra
cū inquit: Sic Deus in Euangeliō quoq; re-
uelauit panem corpus suū appellans, ut &
hinc iam eum intelligas corporis sui figu-
ram dedisse. Et alibi: Acceptū panem & di-
scipulis distributum corpus suum illum fe-
cit, Hoc est corpus meum dicendo: id
est, figura corporis mei. Figura autem non
fuī.

Cap. 12. ad
Adimam.

Tract. 63. in
Iohan.

Lib. 3. cōtra
Marc.

Lib. 4. cōtra
Marc.

462 CONTRA CALVM. STEPH. AR'AT.
fuisset, nisi ueritatis esset corpus. Sed & ipse Augustinus figuram pro signo usurpauit
Psal.3.Dominus, inquit, Iudam adhibuit in
cōuiuum, in quo corporis & sanguinis sui
figuram discipulis commendauit & tradi-
dit. Præterea panem esse signū ac sigillum

Rom. 4.11. corporis Christi, sic ostendo. Omne Sacra-
mentum diuinitū institutum est signū ac
sigillum gratiæ Dei. Panis Eucharisticus est
Sacramentum diuinum. Ergo panis Eucha-
risticus est signum & sigillum, nempe cor-
poris Christi pro nobis traditi, per quē no-
bis gratia Dei conciliata est.

Sed iam restat ut impropiam & tropi-
cam istam locutionem ad propriam & re-
gularem reducamus. Proprio autem &
regulari sermone sic sonat: Panis Eucha-
risticus est Sacramētum siue mysterium cor-
poris Christi pro nobis traditi. Item: Panis
Eucharisticus est signum ac sigillum corpo-
ris Christi p̄ nobis traditi: Vel quod idē ua-
let. Panis Eucharisticus signat & ob-signat
nobis corpus Christi pro nobis traditum.
Signat quidem, quia nos admonet memi-
nisse Christi pro nobis traditi: Sicut inquit:
Hoc facite in mei cōmemorationē. Ob-
signat autē quia uult ut certo credamus cor-
pus Christi uere pro nobis traditum esse.

Eodem

Eodem prorsus modo declarandæ sunt hę quoq; propositiones. Panis Eucharisticus est nouum illud testamentum, per corpus Christi pro nobis traditum, stabilitū: id est, Panis Eucharisticus est signum ac sigillum *Jerem. 31.* non i illius testamenti quod stabilitum est *Heb. 8. et 10.* corpore Christi pro nobis tradito. Sic quoque Panis quem frangimus est communio corporis Christi: id est, Panis quem frangimus signat & obsignat nobis communio nem seu societatem & coniunctionem nostri cum Christo. Et sic de altera parte Sacramenti. Ex his liquet, tropum nec in subiecto nec in prædicato esse, sed in sola copula Est: quia hæc sola declarationem requirit, & declaranda est per signat & obsignat: uel per est signum & sigillum, ut ostēsum est. Atq; hoc refuta si potes Arator.

Iam uero sic argumentor. Quod ex propria prædicatione nullo modo colligi potest, id neq; ex impropria colligi potest. At qui ex hac propria prædicatione, Panis Eucharistiae est signum & sigillum corporis Christi, non potest colligi nec transubstantiatio Pontificia, nec consubstantiatio Capernaitarū: Ergo neutra etiam colligi potest ex hac impropria. Hoc est corpus meū, &c. Et rursum, Quod ex uno æquali non sequitur,

464 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT
sequitur, id neq; ex altero æquali sequitur;
sed ex hoc: Hic panis est nouum illud testa-
mentū in meo corpore, non sequitur trans-
substantiatio aut cōsubstantiatio: Ergo ne-
que ex isto, Panis hic est corpus Christi,
quod est æquale priori.

Procedo ad absurdā. Si panis Eucharisti-
cus reapse trāssubstantiatur in natuū Chri-
sti corpus, necesse est tot esse Christi corpo-
ra & tot Christos humano corpore prædi-
tos, quot sunt frustula panis Eucharistici p-
omnes Ecclesias: Sed impossibile hoc: er-
go & illud. Et rursum: Si panis transsubstan-
tiatus est reuera natuū Christi corpus, ne-
cessere est panem transsubstantiatū esse pas-
sum, mortuum, sepultum, resuscitatum, in
cœlos assumptum. Atqui panis transsubsta-
tiatus nec est passus, nec mortuus, nec se-
pultus, nec resuscitatus, nec in cœlos assum-
ptus. Ergo panem transsubstantiatum im-
possibile est esse reuera natuū Christi cor-
pus: Et per cōsequens panis transsubstan-
tiatus, nec uerus Christus, nec uerus Iesus
est, sed Pseudochristus & Pseudoiesus, ac
ueris Christianis summè fugiendus, prout
Christus fieri præcepit. Matth. 24. v. 23. 24.
,, 25. Inūc, bone Pater, & dic nos neq; Theo-
,, logiam neq; Philosophiam degustasse: dic
nos

nos blasphemos asinos, quod Pseudoie-
sum esse dicamus, quem Romanistæ in Eu-
charistia sumunt, asseruant, circumferunt. O
miserum & miserandum Christū, qui nunc
iā in caueis, ciborijs & monstrantijs cōclu-
ditur, ita ut loco se mouere nequeat: iā per
campos, uicos & compita circumfertur, ut
qui ambulare nequeat, iam deniq; pergulā
inuentrem traiicitur. Et tales quidē Chri-
sti sunt infiniti Romanensibus, tot uideli-
cer, quot sunt ostiæ consecratæ.

Vbiquistis autē etiam plures: quippe nō
tātū in singulis crustulis Eucharistię cor-
porali præsentia Christum latere uociferā-
tur, sed etiam in omnibus folijs arborum,
in omnibus lapidibus, omnibus pyris, ca-
seis, pomis, cantharis, & ubi non? Ego au-
tem constanter scribo, dico, aio, clamo, uo-
ciferor, Omnes illos Christos esse Pseudo-
christos. Nobis enim una fides, unum ba-
ptisma, unus Dominus, unus Christus, qui
corporali præsentia est in gloria & maiesta-
te sua ineffabili, supra omnes cœlos, usque
ad tempora restitutionis omnium, dum
interim Spiritu & uirtute deitatis suæ
nusquam non est, atque adeò per
fidem in sanctis suis
manet.

CAPVT XIIIL

Panis & uinum Eucharistie quam muta-
tione mutentur.

AT queras: Panis igitur Eucharisticus, nullone modo Christi corpus est? Est certe: Sed non transubstantiatus neque consubstantiatus, uerum permanens in materia & forma sua qua certe non mutatur, nisi fine & usu. Ex communi enim pane fit sacer panis, qui iam non uentris, sed mentis, animę ac fidei cibi est: Fides animę os est: Fides enim sola est, quae cibū & potū spiritualē Christū apprehēdit. Iuxta illud:

Aug. Tract. Crede & manducasti. Item: Qui credit in
25. Ioh. me, non siti et unquam. Atq; ita panis uolū-

Ioh. 6. 35. tate & ordinatione diuina mutatur quidē, sed nō nisi fine & usu: Et ideo corpus Christi appellatur, modo scilicet sacramentali

Esa. 9. 6. & ex pacto. Rem planiū accipe. Deus Pa-
Rom. 8. 32. ter donauit nobis Filium suum & cū ipso omnia. Sed & ipse Filius se suaq; omnia no-

bis donat, sic ut ipse & donator & donū sit.

Luc. 12. 29. Et paciscitur nobis regnum suum cœleste,
Eph. 3. 6. communionem & societatē sui: ita ut iam

Eph. 5. 30. simus cohæredes regni, & concorportes i-

Eph. 5. 32. psi, caro de carne eius, os ex ossibus eius.

Esa. 62. 5. Ideo nos iam amicos, iam fratres & foro-

res,

res, iam filios, iam sponsam nominat suam. Hoc est illud fœdus, pæctum, testamentum, de quo Ieremias (cap. 31. 31.) loquitur, quod fœdus & pactum morte sua stabilivit Christus (Hebr. 8. 10. & 10. 16.) Ad firmationē huius pacti addit uisibilia signa & sigilla, ut uidere est, Luc. 22. 29. Hæc signa & sigilla iam dicuntur corpus & sanguis Christi, iam nūm illud fœdus seu pæctum, iam communio corporis & sanguinis iphius. Perinde ut sponsus, factis sponsalibus, donat se sponsæ in certa spe futuri coniugij. Eius rei dat certum signum & sigillum hinc arrham, nempe annulum, quo dato, en habes me certò, inquit: Et sponsa accepto annulo: Hic est meus sponsus. Sic sceptrum dicitur regnum: quia est certum signum & sigillum collati in aliquem regni. Sic fasces & secures apud Romanos. Eodem igitur modo, panis Eucharisticus, qui est signum & sigillum corporis Christi pro nobis traditi, nobis est etiam corpus Christi pro nobis traditum, maioris nempe certitudinis causā. Hæc sunt mysteria Christiana: quæ qui non intelligit, quid sit esse Christianum non nouit. Ecquid iam cernis, bone Pater, plenam consolationis ueritatem? Si cernis, da gloriam Deo: Si non cer-

Hh nis,

C A P V T X I I I .

*In soluendis argumentis hæret a-
qua jesuitis.*

„ **H**inc(inquis)ad maiorem impietatem
„ progredivit impius uétilator negá-
„ do Dei prouidentiam, non ualēs stu-
„ to suo ingenio capere, quomodo sit Deus
„ p̄sens in pane, caseo, uino & ceteris crea-
„ turis. Rursum calūniaris, bone Pater. Ego
„ enim non absolutè de Deo scripsi, sed de
Christo quatenus ex uirgine natus est, qua-
tenus conspiciendus in nubibus, quatenus
in forma humana est, secundū quam nō est
ubiq; non in multis simul locis, sed supra
omnes cœlos duntaxat, usq; dum redeat iu-
dicare Mūdum in nouissimo die. Cætero-
qui deitas ipsa, quæ est in Patre, in Filio &
Spiritu S. cū sit infinita, ubiq; est, in qua om-
nia sunt, uiuunt, mouentur, ut docet sacra

Ad. 17. 28. Scriptura.

„ Postremò (inquis) in fine secundæ uéti-
„ lationis argutus Dialecticus infert, quasi
„ uicisset: Pseudo igitur Iesus, qui Laiolę ap-
„ paruit, uel homo fuit uel Angelus: non ho-
„ mo, quia statim (ego non statim, sed postea
„ scripsi) euanuit: Si Angelus uel bonus uel
malus:

malus: non bonus: quia boni humanā Chri-
 sti formam ad fallendos homines non assu-
 munt. Ergo malus. O' pulchram consequē-
 tiām. Baculus est in angulo, Ergo tu es asin-
 us. Hæc tu. Sed ne in his quidem bona si.
 de agis. Ego.n. sic sum argumentatus. Ve-
 rus Iesu ex uirginē Maria natus ascēdit su-
 pra omnes cœlos (corporali uidelicet pre-
 sentia) & illic manet usq; ad nouissimum
 diem Mundi. Et inde non redibit nisi in nu-
 bibus ad iudicium. Et Christus ueruit cre-
 dere illis, qui dicunt: Ecce hic aut illic Chri-
 stus. Ex his intuli. Nempe igitur Iestis La-
 iolæ uisus, Pseudoiesus fuit. Et quia homo
 non fuit, (postea enim in itinere euanuit)
 angelus fuit aut bonus aut malus. Sed bo-
 nus non fuit: quia boni angeli humanam
 Christi Iesu formā ad fallendos homines
 nunquā assumunt. Malū igitur fuisse neces-
 se est. Sic ego. Quod argūmentum cùm sit
 fortius quām ut soluere possis, interim eu-
 leuare & eludere conāris, his uerbis: O' pul-
 chram consequentiam. Baculus est in angu-
 lo, Ergo tu es asinus. Atqui hoc non est sol-
 uere argumentum. Responde igitur dire-
 cte: Et nega, si potes, antecedens, ut neges
 consequens. Si illud non potes, Hoc ad-
 mittas oportet.

” Eadem (inquis) forma argumentādi uti
” possimus & cōtra apparitionem D. Paulo
” factam: Nam qui illi apparuit uel homo fu-
” it uel Angelus, uel bonus uel malus: nō bo-
” nus, ergo malus. Non uides stolidē Calui-
” nista quōd tua blasphemia etiam in Apo-
” stolum Christi redundat. Dico igitur quōd
” unus atq; idem uerus Iesus Deus & homo
” fuit, qui D. Paulo & qui Ignatio apparuit,
” non autem Angelus nec bonus nec malus.
Hactenus tua, Stephane Arator, uerba. Ego
uerò nego eandem argumentationem in
apparitionem D. Paulo factā torqueri pos-
se. Eo quōd Laiolæ uestro desperato militi
nihil commune sit, ut suprà ostendi, cum
Paulo Apostolo. Nec mea argumentatio
blasphemia est, quæ redundet in Apostolū
Christi. Tu enim nullis argumentis cōfir-
mare potes Laiolæ uerum Iesum apparui-
ſe. Quid enim est? Potuit apparere. Ergo
apparuit: Apparuit Paulo: ergo & Laiolæ.
Ecquid te pudet, tales nugas defendere?
Nō mirum. Talibus enim nugis pleni sunt
multi libri Romanensium, qui inscribūtur,
Gesta Romanorum: Vitæ Patrum: Speculū
historiale, Liber Lipomani, Abdij, Sophro-
nij, & Legēda Sanctorum. In his legere est:
Christum Petru apparuisse Romę ante por-
tam:

tam: Sanctum Alanum ubera Mariæ virgini-
nis æquè ac Christum ipsum suxisse: Et hu-
ius generis infinita.

C A P V T XV.

*Aliquot calumniae mendacia & ineptiae Ara-
toris breuiter retunduntur.*

IN uentilatione tertia, negas Arator, dā-
nosum esse Hungariæ & Transyluaniaæ,
quod Pontifex Iesuitas illis miserit: imò
id lucro esse orbi Christiano ais, eò quòd
Iesuitæ extirpent Caluini, Lutheri & alio-
rum hæreticorum falsa dogmata. Obsecro
quæ sunt illa falsa dogmata? ubi, quo libro
a uobis Iesuitis refutata. Tu quidem uenti-
lationum refutationem suscepisti. Sed
quàm solide refutaris, iam opinor intel-
ligis.

Secundum damnum (inquis) quòd Iesui
tæ Christum in Eucharistia adorandū pro-
ponūt. Calumnia, imò mendacium est me
ita scripsisse. Verba mea hæc sunt: Quis ne-
scit istos Laiolanos Pseudoprophetas, par-
tim ad Pseudoiesum Laiolæ uisum, partim
ad Pseudochristum ex pane obmurmura-
to confitum, tum adorandum tum deuo-
randum seducere tam pueros quam plebē
ipsam? Sic ego. Verum autem me scripsisse,

Hh 3 haec-

472 CONTRA CALYM STEPH. ARAT.
haec tenus etiam perspicue demonstravi. Tu
si potes solidis rationibus ex Scriptura sa-
cra petitis refelle.

” Addis postea : quasi non hoc tota Eccle-
” sia à tempore Apostolorum docuerit. Ne-
” go dogma transubstantiationis à tempo-
” re Apostolorum in Ecclesia extitisse. Nam
” apud Patres orthodoxos Transubstantia-
” tionis uocabulum ne extat quidem. Tan-
” tum abest ut docuerint ex pane transsub-
” stantiato fieri uerum Christi corpus , ani-
” mam , deitatem , ac proinde uerum homi-
” nem ac Deum adorádum. Et scimus Trans-
” substantiationem pro articulo fidei intro-
” ductam esse demum ab Innocéto eius no-
” minis tertio Papa, Anno Domini 1198. Ad-
” dis & hoc : quasi non idem Christus præci-
” piat dicens: Accipite & comedite, Hoc est
” corpus meum. Respondeo: Christus pané
” acceptum , fractum & distributum iuber
” accipere & comedere, non autem adorare.
” Nam hunc discipuli sedendo acceperunt
” & manducarunt, non transubstantiatum
” sed benedictum, Christo interim corpora-
” li præsentia in medio ipsorum accubante.
” Miratur (inquis) stolidus asinus quod
” nos ueri Dei & hominis Christi Iesu cor-
” pus sumimus. Et quærit quæ gens suos
” deos

deos uorauit. Eriam h̄ic calumniaris. Non scripsi enim ego neque miratus sum, quòd uos ueri Dei & hominis Christi Iesu corpus sumatis: Sed istum stuporem miratus sum uestrum, quòd panem obmurmuratum & transsubstantiatum pro uero Deo habeatis, non iā pro pane & nihilominus uerum Deum deglutiatis. Viden' quid hoc rei sit?

Mox subdis : Audi impie Capharnaia, Nulla gens habuit deos ita appropinquantes sibi, sicuti adest nobis Deus noster. Esto uerum sit, Deum uestrum uobis esse ualde propinquum: tāmē dic quæso, bone Pater, quæ hæc erit Dialectica: Deus noster nobis ualde propinquus est: Ergo ipsum ore corporeo manducamus & deglutimus? Et non uides in quanta absurdia te conijcias? Sed fruere sensu tuo.

Tandē subijcis: Lege indocte a sine, Chrysostomū, Cyrillum, Hieronymū, Ambrosiū & Augustinū, & ex illis cognoscetis doctrinam hanc de Eucharistia non esse nostram, sed totius Ecclesiæ & omnium antiquorū Patrum. Non credo, bone Pater, quod dicis. Nam dogma transsubstantiationis uestræ, orthodoxæ antiquitati ignotum

Hh 4 fuisse

fuisse ostendi, & falsissimum esse perspicue demonstrauit. Et nisi longum foret, iam tibi ostenderem, ex istis Patribus, quos me legere iubes, eam quam defendo de Eucharistia sententiam esse uerissimam. Sed videbo prius, quid ad hæc responsurus es, & postea, si necesse erit, faciam libenter, quod dico.

Hic mirari mihi subit, cur tu Arator nihil respondeas ad hæc mea uerba, quæ in ter-
 tia uentilatione posui. Iesuitæ docent, pa-
 nem Eucharistiæ, manentibus tantum acci-
 dentibus, puta rotunditate, colore, sapore,
 reapse transsubstantiari in uerū Christi cor-
 pus, ac proinde uerum etiam esse Deū ados-
 randum. At enim producant ex sacris lite-
 ris uel unicum argumētum, unicum syllo-
 gismum demonstratiuum, ut ejus rei certa
 scientia habeatur. Hæc ego quæ tu uerba
 perinde atq; periculosisimum quempiam
 scopulum longè præter nauigasti. At enim,
 si uerus es Romanista, & germanus filius
 Matris Catholicæ, produc rationes, pro-
 duce argumēta sanctæ illius Pandoræ: id est,
 trāssubstantiationis uestræ, qua sola penè di-
 tescunt & pinguescunt Romanistæ.

Transuerstus hunc scopulum, tādem per-
 gis: Tertium (inquis) damnū, quod nos do-
 ceamus

ceamus iuuentutem idola colere, propo-
nendo illis Christum in Eucharistia adorá-
dum, uenerandos sanctos & eorum imagi-
nes. Neq; hic abest calumnia. Non scripsi e-
go uos Christum, proponere adorandum
in Eucharistia, sed panem obmurmurantū,
quēm dicitis transsubstantiari in uerū Chri-
stum, quod tamen est falsissimum. Respon-
des postea: Ergo idola coluerunt & alij san-
cti Patres, qui hac in re nobiscum idem sen-
tiunt. At qui sancti Patres non docent idola
colere. Et tu nihil ex Patribus præter nomi-
na ipsorum affers.

Dehinc infers: Imò ueriùs uos impij Ca-
pharnaitę homines idololatrare docetis, si
guram Christi corporis & panem pistoriū
pro Christi corpore adorandum proponē-
do. Quid te iuuat mentiri, bone Pater? Dic
ubi ego uel quisquam nostrūm docuimus
figuram corporis Christi & panem pistoriū
pro Christi corpore esse adorandum? Cer-
tè hoc nunquam probabis. In prima cœna
discipuli sedendo sine adoratione panem
benedictum percepérunt: ita nos quoque
non quidem sedendo, sed stando eundem
panem benedictum sine adoratione reue-
renter tamen ut rem sacrā decet, percipiendū
esse affirmamus & percipimus.

C A P V T XVI.

*Laicos lectione sacræ Scripturæ non esse arcen-
dos, & lesuitas hæreticos esse de-
monstratur.*

„ **V**artum damnū (inquis) quod prohi-
„ bemus Laicis lectionem sacræ Scri-
„ pturæ. Atqui hinc non damnum, sed
„ utilitas magna in Ecclesiam redundat. Ap-
„ paret certè uel tuo ipsius exemplo. Tu. n. si
„ ab ineunte pueritia, ut Timotheus fecit, sa-
„ cras literas didicisses, nunquam te in Apo-
„ logetica ista Epistola tua ita turpiter dedis-
„ ses. Sacra Scriptura lux est animarum. Hac
„ uespertilioes Iesuitici ferre non possunt,
„ idcirco etiam alijs inuident, filij tenebra-
„ rum. Sed audiamus argumentum Arato-
„ ris. Vnde enim hæreses natæ sunt (inquit)
„ nisi ex Scripturæ sacræ lectione: quæ dum
„ à Laicis non intelligitur, inde sibi errandi
„ occasionem sumunt: Sicuti fecerunt Ana-
„ baptistæ, Adamitæ, Pichardistæ, Hussitæ,
„ Lutherani & uestri Caluinistæ. Hæc tua est
„ bone Pater, insulsissima ratiocinatio. At-
„ qui nec omnes Laici, nec nulli clerici qui sa-
„ cram Scripturam legunt, hæretici fiunt: Fac
„ igitur mihi syllogismum, bone Pater, & ex
„ puris

puris particularibus, quid aliud quam in-
petiae tuæ apparebunt, & te omnibus riden-
dum dabunt.

Quid tamen melius affers? Deum enim
quilibet (inquis) suo ingenio uult uerbum “
Dei interpretari, relieto Ecclesiæ sensu & “
Sanctorum Patrum, necesse est, ut, quot ca- “
pita sunt, tot sententiæ & hæreses nascan- “
tur. Hic primùm quæro ex te, unde probas “
quemlibet uelle suo ingenio uerbum Dei
interpretari? Deinde quæ ista est tibi neces-
sitas, ut quot capita sunt legentium sacras
literas Laicorum, tot etiam sint sententiæ &
hæreses? Nonne maiori ex parte sacra Scri-
ptura ita est plana, ut facile à legentibus in-
telligi possit? Historiæ sacrarum literarum
perspicuae sunt: Perspicua est doctrina deca-
logi & explicatio eius. Perspicue sunt Pro-
phetarum conciones de faciendo bono &
fugiendo malo. Sunt fateor quædam, quæ
uictio hominum obscura esse uidentur: Sed
nū ideo penitus sacra lectione arcendi sunt
Laici? cū quæ obscuriora sunt, uel in publi-
cis lectionib. & concionib. ministrorū: uel
priuatim ex cōmentarijs sanctorum uirorū
cognosci possint. Proh pudor usq; adeōne
obbrutuistis Iesuitæ? ut qđ uel boni pueri
bonum, honestum & pium esse iudicat, id

478 CONTRA CALVM STEPH. ARAT
uos malum, impium & hæreticum esse di-
catis. Vos quidem maximi hæretici estis uel
una hac de causa, quod lectione sacrarum li-
terarum arcetis eos, quorum causa illæ cō-
scriptæ sunt.

,, Subiçis postea: Experiētia ostendit, nō
,, expedire omnibus passim Laicis lectionē
,, sacræ Scripturæ permittere. Deo gratia, bo-
ne Pater. Non omnibus, inquis, Laicis. Er-
go aliquibus permittenda est sacræ Scriptu-
ræ lectio.

At num tu potes determinare, quibus
permittenda & quibus non? Num tu car-
diognosta es? Num tu scire potes, qui benè
eam intelligent, uel qui male?

,, Quid præterea? Quod si diuus Chryso-
,, stomus (inquis) suis auditoribus suasit le-
ctionem Bibliorum: Vna hirundo nō facit
uer. Ergo si ego, bone Pater, ostendā mul-
tas hirundines, haud dubiè facient uer, &
uerum erit, à lectione sacræ Scripturæ non
arcendos esse Laicos, quicunq; eam legere
possint: Imò permittendam esse lectionem
sacrarum literarum cuiuis ordini, ætati &
sexui Christianorum præsertim hominum.

Psal. 86.6. Hieronymus super illum uersum: Domi-
nus narrabit in Scripturis populorum, &c.
Populorum, inquit, quia totius sunt popu-
li, &

li, & non tantum sacerdotum, & totus populus Scripturam legere potest. Sic Tertulianus scribit omnes Christianos conuenisse ad diuinarum literarum lectiones: & addit: His sanctis uocibus fidem pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus. Sic & Origenes: Utinam, inquit, omnes faceremus in Esa. illud, quod scriptum est: Scrutamini scripturas.

Et Gregorius in Epistola ad Leandrum: Sacra (inquit) Scriptura, & cibum robustum uiris, & lac pueris habet: In ea cum elephas natare, tum agnus pedibus ingredi potest. Et Augustinus sic horratur populum: Non solùm sufficiat, quod in Ecclesia diuinas lectiones auditis, sed etiam in domibus uel stris, aut ipsi legite aut alios legentes requirite. Chrysostomus autem non hoc tam H. 9. Cœ dicit: Audite seculares omnes; compamate lojj. uobis Biblia anima pharmaca: sed etiā grauitate arguit suos auditores quod Scripturas nō legant, eosq; diligenter horratur ut cum suis domesticis ex sacris Scripturis sermonem conferant, & addicte amplius: Hoc illud est, quod omnia quasi unā peste corrupit, quod lectionē diuinarum Scripturarum ad solos putatis monachos pertinet. Hæc Diabolicae inspirationis (attende bone

480 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
bone Pater) operatio est, non sinentes in-
tueri thesaurum ut diuitias acquiramus. Vi-
den' Arator, complures hirundines & ue-
rum uer? iamq; tempus esse facie di semen-
tem uerbi diuini etiam priuata lectione in
quorum uis hominum animos? Sed respó-
de ad hoc, bone Pater: Quod toti Ecclesiæ
cōscriptum est, id singulis, qui sciunt legere
licet. At sacra Scriptura toti Ecclesiæ cōscri-
pta est. Ergo sacrâ Scripturâ singulis qui sci-
unt legere licet. Et ad hoc: Quod alio docē-
te aut legente omnib. in Ecclesia audire, di-
scere & meditari licet, id etiam priuata le-
ctione singulis legere, discere & meditari li-
cket. Atqui sacrâ Scripturâ alio docente aut
legente omnibus in Ecclesia audire, disce-
re & meditari licet: quid enim aliud sibi

Mar. 16. 15. uult mandatum Christi: Profeti in mun-
dum uniuersum prædicate Euangeliū o-

Mat. 28. 19. mni creaturæ. Item: profecti docete omnes
gentes, docete eos seruare omnia quæ
mandauit uobis. Sacram ergo Scripturam
priuata etiam lectione singulis legere, di-
scere & meditari licet. Sed quid ego te mul-
tis moror? Inspice exordia Epistolarum A-
postolicarum quatuor pleræq; ad integras
Ecclesiæ scriptæ sunt: idq; sic, ut etiam ab
Col. 4. 16. ijs legi iubentur, quibus inscriptæ non
sunt.

sunt. Quin etiā, quę ad certas personas priuatum datę sunt, ut ad Timotheū, Titū & Philemonem, sic scriptę sunt, ut ab eo iam tempore totius Ecclesiæ consensu, & publicè & priuatim eas legere, discere & meditari ad emēdationē uitę & incremēta fidei, spei, charitatis, omnib. & singulis in Ecclesia permisum sit. Et hæc quidem, quæ dixi, uerissima esse, manifestum est. Nunc libet unum episaḡma adiiscere. Quicunq; aliter Causaī 241
9.3. Scripturam sacrā intelligit, quā sensus Spiritus sancti, à quo scripta est, flagitat, hæreticus appellari potest. Vel. Qui alicuius temporalis commodi & maximè uanæ gloriæ principatus que sui gratia falsas ac novas opiniones uel gignit uel sequitur, is hæreticus est. Atqui Iesuitæ sacram Scripturam aliter intelligūt, quām sensus Spiritus sancti flagitat, ut suprà demonstratum est in uerbis: Hoc est cōptus meum: & nunc in eo, quod totam Scripturam à Laicis priuatim non esse legendam pertinaciter cōtentund: quas opinones, licet ipsi non genuerint, sequuntur tamen constanter, idq; ideo ut apud summū huius Mundi principē Papam, cæterosq; Reges & principes uanam eruditioñis gloriam, præbendas & primas inter omnes sectas Romanenses obtineat,

quod

482 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
quod res ipsa testatur. Ergo Iesuitæ hæretici sunt, quod demonstrasse oportuit. Tu tamen, bone Pater, ne despódeas animum. Resipisce, & non eris hæreticus.

„ Pergis postea: uarijs autem nominibus
„ nos hic terræ filius appellat, nunc uesper-
„ tiliones, nunc Iebusitas, nunc Suitas. Ego
uerò non nego duo priora me usurpasse:
Suitarum autē nomen in toto scripto uen-
tilationum nusquam esse certo scio: ut iam
rursus magnus calumniator, ne dicam mē-
dax, esse deprehendaris. Quod autem ad-
dis, bestiarum esse cornibus uentilare, id-
eoq; mihi cornutæ bestiæ nomen compe-
tere, ac proinde Sedechię filium me esse, in
eo ualde miror acumen ingenij Aratorij.
Sed iam ad confutationem uentilationis
quartæ ueniamus.

C A P V T X V I L

Papam non esse supremum præsulem orbis Christiani, nec uicarium Christi.

„ **N**on quarta uentilatione, Respōdi nos re-
„ Iuereri supremum orbis Christiani præ-
„ sulem, nempe Seruatorem Christū: Hic
tu quæris: Sed cur non uis audire eius in
terris uicarium? Papam, opinor, intelligis.
Ad

Ad hoc ego respódi & nunc quoq; respó
deo: quia is ipse est Magnus ille Antichri-
stus, id quod etiam à me demóstratum est.
Et uidebo quid sis respósurus. Mox addis:
Ignoras impie, quid Dominus de suis suc-
cessoribus dicat, qui uos audit me audit, &
qui uos spernit, me spernit. Ego uero istud
non ignoro. At enim uero nō de Pontifici-
bus Romanis hoc dixit Christ⁹, sed de duo-
decim & septuaginta discipulis suis, ut ui-
dere potes capite decimo apud Matthēum
& Lucam. Si igitur hoc de uicarijs uis intel-
ligere, fuerunt omnes Apostoli & discipuli
ipsius uicarij, ac proinde omnes sinceri E-
vangelij doctores qui ipsis successerunt. Pō-
tifices autem Romani cum uniuersa collu-
tie sua, non successerunt illis, sed longè re-
cesserūt in doctrina, uita & moribus, quod
clarior est quam ut probatione opus sit.

In responsione ad quintam uentilationē
ais bone Pater, me non solūm non extrica-
ri, sed magis etiā intuolui cōtradictionē: eò
quod dicam ad Antichristi mēbra pertine-
re mutatorē Calēdarij, & quod nihilomin⁹
ipse formam & modū mutandi præscribā.

Vsq; adeò tu, bone Pater, tui similis es,
qui calumniaris aut falsum dicis. Quæ e-
nim ego cōditionaliter aut cum aliqua re-
li strictio-

484 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
strictione scripsi, ea tu perinde accipis, ac si
Categoricè & sineulla limitatione à me di-
ctas fuissent, quod utiq; uerè est caluniari. Si
uir bonus es, id certè non faceres. Atque
hic uel illud Thucydidis meminisse debes:

*Lib. 6. Διαβολὰς μηδὲ σωφρον, ἐπειδὴ τινὰς οἱ ἀμύνεται τὸς
ἄκεννας ἀποθιάσαι: id est, Calumnias boni ui-
tri nec ipſi dicere, nec dictas ab alijs audire
debent.*

C A P V T XVIII.

*Aliquot calumniæ Aratoris, & inscitia
Grammatices detegitur.*

IN responsione ad sextam uentilationem
iterum dicas me modum mutandi Ca-
lendarij præscribere, quod simpliciter
falsum esse, quilibet candidus lector obser-
uare potest.

Addis deinde, Me omnia festa, quæ à mil-
le trecentis annis in Ecclesia Catholica ob-
seruata sunt, abrogare præter diem Domi-
nicam, natalem Domini, resurrectionem.

Hic primum falsum est, omnia festa, quæ
Romana Ecclesia obseruat, ante mille tre-
centos annos obseruari cœpta esse: Nā uel
Festum corporis Christi, quo maximā ido-

*Anno Domi lomaniam exercent Romanistæ, ante an-
nos 1262. nos duntaxat trecentos uiginti tres, ab Ur-
banō eius nominis quarto, instinctu Tho-
mæ*

mæ Aquinatis introductum est. Deinde nō scripsi ego me abrogare omnia festa, sed indicaui tantū, quæ in nostris Ecclesijs celebrari soleant, remota omni superstitione. Deniq; fallsum est, quod ait, præter Dominicam diem, natale in Domini, resurrectionem: Ego enim addidi etiam Pentecosten & Ascensionem Domini.

Dehinc subiūgis: neq; ista festa putat ob alium finem obseruāda, nisi ut annūcietur in illis uerbum Dei. Neq; hoc ita refers, ut à me scriptum est. Ego enim scripsi, nos diem Dominicum, & eos, quos dixi, dies festos, docendo & disseendo uerbum Dei transigere, quæ duo si absunt diebus festis, eos profanari & uiolari manifestum est, etiam si nullum seruile opus à quoquam fieri.

Quod postea scribis, me perperam conani probare, Pontificem esse Antichristum, ad hæc tibi abundē sum responsurus, posse aquam uidero te ad duo decim apodixes octauæ ventilationis aliquid resctipsisse. Illic enim immorisstantibus, hæc, quæ tu affers, cōsistere nullo modo posse certum est. Sed audiamus iam sequētia tua uerba: De mū, inquis, proponit insulsus Grāmaticus questionem, quid de repurgatis uoce Euāgelij Ecclesijs sentiendum sit, qui inuitæ

„ Calendarium Gregorianum receperunt.
„ Vbi primum grauiter contra Grammaticā
„ peccat, ponendo nomen inuitæ pro aduer-
„ bio inuitè. Hæc tu, bone Pater, perquam
sanè Grāmaticè. Scilicet. Evidē sic scripsi
nec errauit Typographus, quæ, uidelicet
Ecclesiæ, inuitæ receperunt: hoc tu ita cor-
rigis, qui inuitè receperunt. Istud uero quid
aliud est, quam Entendare Magnificat, ut vulgo
dicitur? Fertur enim quendam sciolum, cū
legeret in Cantico Mariæ hæc uerba, Disper-
sit superbos, sic correxisse, Dispersit superbouem.
Sed dic, bone Pater, nonne Latinè dicitur,
Facio inuitus, feci inuitus? & in plurali nu-
mero, Facimus inuiti? Sic in foeminino ge-
nere, Facio inuita, facimus inuitæ? quæ cer-
tè forma loquendi frequentior est apud Ci-
ceronem, quam hæc: Facio inuitè, aut, facio
inuito. Ecquid erubescis, bone Pater, cùm
præsertim tute in isto tuo scripto eadem
loquendi forma usus sis, quam in metam
incogitanter reprehendis? Deinde qualis
est ista tua Grammatica, Ecclesijs qui, pro
quæ? Sed age pro nostro candore ipsi te ex-
cusemus. Putamus hoc aut festinationis
tuæ sphalma esse: ut qui in spacio quin-
decim horarum tam neruosam epistolam A-
pologeticam, eamq; benè longam confe-
ceris:

ceris: aut per Synthesin excusari posse, ut sit, qui scilicet homines, ex quibus constat Ecclesia: quale est illud: In Eunuchū suam. Item: Centauro inuehitur magna.

Nihilo melius est id, quod postea tam uerbosè persequeris, sumpta occasione ex hoc nomine Inuitæ. In primis fallum est, in quis, quod uoce Euangeli repurgatae Ecclesiæ coacte consenserunt: quia nulla illic uis illata est: Sed sicut Catholici uo. luntariè & liberè paruerunt, ita & illi.

Hoc uero quis tibi creder, bone Pater? Nam qui diu multumq; recusat aliquid facere, tandem uero aliqua necessitate urgente facit, utique Latinis inuitus face-re dicitur: quod ex isto Ciceronis uidere ^{2. de Orato.} potes: Facere inuiti & recusantes coacti sumus.

Pergis postea: Ibis ergo & tu etiam im- Si Latinū eſt
pie uel inuitus, ubi ubi fueris, & pedes Pa- ibis inuius:
pæ sanctos osculaberis. Non credo cur non etiā:
tibi Stephane Arator, quia Recepert
Pseudoprophe- inuitus.
ta es.

488 CONTRA CALVVM .STEPH. ARAT.
C A P V T X I X.

Accipit Arator dignum patella
operculum.

„ **M**ox subdis: Etsi minē & metus mor-
tis illis intētatus fuit, nōnne debui-
sent pro Euangelio isto uestro Cal-
uiniano mortem potius eligere, quām An-
tichristo consentire? Respondeo, facti sui
quisq; rationem reddat, ubi res ipsa & tem-
pus postulabunt. Quid enim attinet ad hoc
tibi respondere pro alijs, quod tā inuidiosè
quærīs? Istud autem silentio præterire mi-
nimè possum, quod odiosè nobis Calui-
nianum Euangelium exprobras.

Dic, Stephane Arator, quis unquā Euau-
gelium Calvinianum conscripsit? Ostende
librū qui sic inscribatur. Vbi uidisti? ubi le-
gisti? profer calumniator testes aut tabulas.
Nobis nō est aliud Euangeliū præter id, qđ
sacris literis continetur. Romanensium ista
est audacia & summa impietas, ut præter E-
uangelia sacris literis cōprehensa alia sibi
confingere præsumant. Sicuti circa annū
Domini 1260. Monachi Parisiēses fecisse le-
De hac scri- guntur, qui plenum blasphemiarū Euange-
liū excogitarunt, quod Euangeliū æternū
bit Math. nuncuparunt, cuius etiā à Pontifice confir-
Parisiensis mationē Canonicā postularunt, quā tamē
historicus obtine-

obtinere nō potuerunt. Et notū est Psalte-
riū Mariæ, anno Domini 1554. Venetijs im-
pressum, in quo omnes Psalmi Davidici, nō
sine horrenda blasphemia Marie adaptatur, *Dist. 19. Ca.*
sic ut pro nomine Iehouæ, Elohim, Domi- *Si Roman.*
ni, Christi, nomen Mariæ ubiq; sit substitu- *parag. Qui-*
tū. Romanensiū etiam hæc est impietas, ut bus ad hæc.
uetus & nouum Testamentum ideo dunta
xat recipienda esse tradant, quod de his re-
cipiendis sancti Papæ Innocentij prolata ui-
deatur esse sententia. Item, quod omnia
decretalia mandata sedis Apostaticæ sic cu-
stodienda sint, ut, si quis in illa commiserit,
sciat sibi ueniam denegari: & quod eiusdē *Dist. 19. ca.*
sedis iugum etiam intolerabile, toleran- *In memori.*
dum tamen sit: id quod certè sit in Papatu.
Tolerantur enim turpisima idola, quæ uer-
bum Dei tolerari prohibet. Toleratur do-
gma Transubstantiationis, quod plenum
est horribilis blasphemiae: Toleratur alte-
rius partis Eucharistiae ademptio, quod
summum est sacrilegium. Toleratur pro-
hibitio, ne laici priuatim legant sacram
Scripturam, qui primus est gradus ad im-
pietatem. Toleratur impium dogma,
dubitandum cuique esse de remissione
suorum peccatorum, quæ tristissima est
animarum carnificina. Sed ad ea iam

490 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
ueniamus, quæ ad septimam uentilatio-
nem rescripsisti.

C A P V T X X .

*Quæ festa ab Apostolis obseruata, quæ à Ro-
manis introducta. Petrum uix
unquam Romæ fuisse.*

Conatur hic confutare è Stygia Plu-
tonis palude natus Scholasticus, hác
,, propositionem: Antichristus assumet
,, sibi ius uiolandi & abolendi dies festos,
,, qui ubique à Catholicis magna religione
,, obseruati sunt. Primò responderet Aposto-
,, lum prohibuisse dies, tempora & annos
,, obseruari: Malitiosè aliquoties uerba Apo-
,, stoli contra festa Christianorum detor-
,, quens: cùm ille contra ceremonias & festa
,, Iudæorum ageret: quæ iam cessauerant &
,, in locum illorum, Christianorum festa in-
,, troduci cœperunt. Non ergo, indocte
,, Scholastice Plutochiensis, prohibit Apo-
,, stolus obseruari Christianorum festa, sed
,, Iudæorum.

Hæc tu, bone Arator: In quibus primùm
falsi reus es. Ego enim in septima uenti-
latione nusquam scripsi, Apostolum pro-
hibuisse, dies tempora & annos obseruari.
Nempe

Nempe igitur aut per iram, aut per negligentiam mea uerba inspicere contempsisti: quod utrumque turpe est tanto confutatori. Deinde contra multitudinem festorum Romanensium illud attuli, sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum, &c. Quid tu autem ad hoc? Nihil. Sed iam de festis uideamus.

Scripsérat Pater Wolfgangus Scréchius, Abolitionem festorum Romanensium esse notam Antichristi. Hoc ego uerum esse negaui, eò quod Apostolus disertè scribat: Christianos ex parte diei festi non esse iudicandos uel damnandos. Nempe igitur hinc illud potius colligitur, Antichristiano more facere eos, qui ob negligētiam multitudinem festorum Romanensium Christianos iudicant & damnant uti Pontificij faciunt. Quid uero tu ad dictum Apostoli? Dicis contra ceremonias & festa Iudeorum egisse Apostolum. Esto. At dic quæso mihi, sic ne abrogata est tota lex ceremonialis, ut uel eandem, uel similem quo modo illi præter Christum & Apostulos alicui homini ferre liceat? Si licere dices, uolo id mihi testimonio sacrarū literarum probes, quod certè facies nunquā. Scimus enim in nouo Testamento aliorum fe-

492 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
storum, ab Apostolis celebratorum, præter diei Dominicæ, Paschatos & Pentecostes, mentionem extare nullam. Demum post mortem Apostolorum institutum est festum natalis Domini, Ascensionis & Epiphaniæ. Cætera festa dehinc alia alijs substituta nulla nec necessitate nec utilitate Ecclesiæ. Quippe florentissimæ & purissimæ Ecclesiæ fuerunt uidentibus adhuc Apostolis Domini: & quæ proximæ subsecutæ sunt: quæ cum multitudine sequentium festorum caruerint, ea nec necessaria, nec utilia esse constat: Ac proinde omissionem illorum, nequaquam signum esse regni Antichristiani: cùm contrarium potius uerum esse appareat, uel ex eo, quod diuinis honoribus sanctos suos in horum festis Romanenses prosequuntur: quandoquidem spòrè confitentur Antichristum honores diuinos aliò translatum esse.

,, Horret (inquis denique) Plutonis discipulus celebrare festa Apostolorum, Confessorum, Martyrum, & B. Virginis, quæ à Romana Ecclesia introducta sunt: & non horret obseruare diem Dominicum, Natalem Domini, Resurrectionem & Pentecosten, quæ ab eadem Romana Ecclesia intro-

introducta & præcepta sunt. Ais tu qui-
dem, bone Pater, præcipua illa festa à Ro-
mana Ecclesia introducta & præcepta es-
se; Sed quia hoc nullis idoneis rationi-
bus confirmas, ego certè id credere nō pos-
sum. Constar enim Apostolos diem Do-
minicam, Resurrectionis & Pentecostes
festum Ierosolymis & alibi more Chri-
stiano celebrasse antè, quām ulla Christia-
na Ecclesia Romæ fundata esset, & ante-
quam uel Paulus uel Petrus Romam ue-
nirent sine quorum auctoritate à Roma-
na Ecclesia tantas solennitates introdu-
ctas esse planè est incredibile. Ac Pau-
lus quidem Apostolus Romam uenit anno
secundo Neronis, anno Domini 58. Quo
tempore Petrus Apostolus Romæ non-
dum fuit. Nam si fuisset in prima Pauli A-
pologia eum non deseruisset (2. Timoth.
4. 16.) Neque Paulus ex Romano carcere
tot Epistolas scribens sibi temperare po-
tuisset, quin nomine Petri, sicuti aliorum,
salutem Ecclesijs ascriberet. Quanquam *Euse. lib. 3.*
quod ad Petrum Apostolū attinet, magna c. 4.
est dubitatio, an unquam Romæ is fuerit:
cūm disertè scribat Paulus, Euangelium *Gal. 2. 7. 9.*
præputij sibi, Petro autem Circumcisionis *Ato. 13. 6.*
esse concreditum, pro quo exequendo etiā
dex-

494 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
dextras iunxisse non dubitarunt. Ex quo
illud consequeretur: Si Petrus Romam
venisset ad docendas gentes, eum firma-
ti iunctione dextræ pacti violatorem ex-
titisse, quod de tanto Christi Apostolo cre-
dere perabsurdum est: adeò quidem ut o-
mninò tutiùs esse putetur arbitrari Petrum
Apostolum Romæ nunquam Papatu fun-
ctum fuisse, ac ne Romam quidem spontè
uenisse, nisi forte uinctum & coactum ad
sueundum capitis supplicium. Et de his
quidem haec tenus.

C A P V T X X L

*Epilogus monens Aratorem ut uiri boni officio
fungatur in defensione cau-
se sue.*

HAbes, Stephane Arator, ad Apologe-
ticam (ut uocas) Epistolam tuam, Re-
sponsionem non quidem ex tempo-
re, neque in spacio xv. horarum, sed plus e-
tiam quindecim dierum, quamuis inter
multiplices alias occupationes, conscri-
ptam: ad quam si quid respondere uoles,
primum hoc te rogo, ut ex plaustro loqui
desinas, desque operam, ut non conuitijs,
sed argumentis & rationibus causam tuam
agas:

agas: quam si bonam habes, nihil opus est tot tantisque conuitijs: si uero malam, conuitijs eam etiam detersorem reddes. Atque hic illud tibi in mentem uenire potest: ἀποστολα Ἀποθα ιπο τοιοφ καὶ πανάσσας. εἰ τι λαχόν γε ἀποιετάχα καὶ ἀντίτεμέ σου ἀλλάσσεις. Quod si tamen tibi cordi est, conuiciando superiorem evadere uelle, ego ingenuè dico, me hac in re tui similem esse nolle. Evidem istam laudem & palmam tibi tuisque leuitis non inuitus concedam, & in arte conuiciandi te αἴτη αειναρη νοι ωταροζοφ ομηρων ἄλλων facile patiar. Tu tamen rectius feceris si & conuicia, & fontem conuictionum itam tuam missam feceris, teque potius ad eam, quam humanitas requirit, lenitatem dederis. At, inquies, tu me calumniarum, tu falsi & mendacij reum agis?

Ago evidem, & forsan etiam perago: sed non immerito. Nam ut est in proverbio: Scapham ego non possum nisi Scapham nominare: quod dum facio, certe non conuictior. Quod si iniurius tibi sum, demonstra, & culpam deprecabor. Alterum hoc est, quod à te impetratum esse uolo. Quæso, si quid ad hæc rescribere uoles, paulò attentiùs, quam in ventilationibus fecisti, & legitio & perpendiculari

496 CONTRA CALVM. STEPH. ARAT.
to ea, quæ hīc à me scripta sunt. Imo si
quid refellendum suscepis, mea uerba
bona fide, uti me facere uides citato : ne-
que mihi affingito, ut nunc fecisti, ea quæ
ex uerbis meis nullo modo consequuntur.
Nam hoc quidem quid aliud est, quam suo
sibi arbitratu fingere aduersarium, quē nul-
lo negotio conficias, id quod pueros quan-
doque in plateis facere uidemus, qui ex-
tructum *μορμολύκαρ*: id est, stramineum ho-
munculum, ligneo ense & hasta succin-
ctum, lapidibus baculisque cum magna
uociferatione deiciunt conficiuntq;. Qua-
lis quidem triumphus & ridiculus & ina-
nis utique est, quem ego nuce carie-
sa redimere nolim. 8. Au-
gusti, Ann.

1 5 8 . 5.

S T E

ΣΤΕΦΑΝΩ ΑΡΟΤΗΡΙ

ΜΕΤΑΝΟΕΙΝ.

Tίπτε, γέρον, τοιαν μοναχῶν μοναχάταξε
ανθεῖαν;

Μῶντι τόνημα τονεῖς; μῶντι μοι αὐτιγρά-
φες;

Τῦτο μὲν ἴμερων τε ἐλδομαι ὅτι μᾶλιστα
ηὐαγτιγράφεις, οὐδὲν αὐτοφρονέις.

Εἰσέτι ποτίζεις ρώμαιαν φύσιαν τολά,
Καὶ τολας φύκας λειβαλεσ εἰς αἴδην

Ψεύδει γαρ τελέται, οτι γέλεργαντες αἴρει
Οὔτως δέντερος ταῦται συβασός ἀει.

Οὐ δερος δέντην δέρτε, κατέρη μισήριον δέντη
Σώματά τε ικοσδέκαταν. (γῆ,
Ψεύδει επειτα τελέται, οτι χεισός αλιθινός γέν-

τυνατίω λαολη, σώματά τελέται έω.
Οὔποτε γυνατίω φύγαντες τούτην ικοσδές.

Αρέσει λένθανων, δέκαλος, ἀλλακτακός.
Νήπιε, μῶντι λεικῶν ἀκολυθεῖν δάμονι βέλει;

Εἰ σοφός εστι, λεικόν δάμονα φοίγε ταχύς.
Ωραίαν αὐτοφρονέαν, ὥρα μετάνοιαν αἴπεται,

σίρας ἀπλακίων ληγέμενον δέντη, γέρον.
Ψεύδεθεομ ταπαν λίπε, γήπιε, εσπερο χεισῶ,
Εσπεσθειν φύσιαν λυγρά λιπάρε.

498 CONT. CAL. STE. AR. VENT. DEE.
Neg_o ad defensionem nostram, neg_o ad car-
men istud quidquam responderunt
Iesuitae usque ad hoc tempus,
5. Aprilis, An.

1 5 8 6.

F I N I S.



EPI-

